

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Friderici Iacobi Beyschlagii, Gymnasii, quod Halæ
Suevorum est, Adiuncti, & ad ædem S. Mich. Archangeli
Catechetæ extraordinarii, Sylloge Variorvm Opuscuvlorvm**

(Programmatvm, Orationvm, Epistolarvm, Poematvm, Dissertationvm,
Aliarvmqve Observationvm ...)

Beyschlag, Friedrich Jakob

Halae Suevorum, M.DCC.XXI

urn:nbn:de:gbv:45:1-16153

2
4:2




Nr. 96
Lit. II 2

54



Bm.


1268



13

B.I.G.

Yellow Red Magenta White 3/Color Black





FRIDERICI IACOBI
BEYSCHLAGII,

GYMNASII, QVOD HALAE SVEVORVM
EST, ADIVNCTI, ET AD AEDEM S. MICH.
ARCHANGELI CATECHETAE
EXTRAORDINARII,

SYLLOGE VARIOVRM
OPVSCVLORVM,

PROGRAMMATVM, ORATIONVM,
EPISTOLARVM, POEMATVM, DISSERTA-
TIONVM, ALIARVMQVE OBSER-
VATIONVM,

QVAE VEL ANTE EDITA, OB RARITA-
TEM, ALIASVE CAVSSAS, RECVDVNTVR,
VEL ADHVC INEDITA, IN LVCEM PRO-
FERVNTVR, VEL RECENS ELVCVBRATA
CVM ORBE ERVDITO, IN QVALECVN-
QVE REI LITERARIAE INCREMEN-
TVM, COMMVNICANTVR.

TOMI II. FASCICVLVS I.

PROSTAT IN OFFICINA
IOH. WILHELMI ROENNAGELII;
BIBLIOPOLAE NORIMBERGENSIS.

HALAE SVEVORVM,
TYPIS GEORGII MICH. MAYERI.
M. DCC. XXXI.

*Summe Ven. Dr. J. Feuer-
lino cum sal. plur.*



VIRO
*Summe Reverendo, Excellentissimo
atque Amplissimo*

**IOANNI DAVIDI
BAIERO,**

**Sacræ Theologiæ Doctori,
huiusque in incluta Norimbergen-
sium Academia Professori P. O. Illustrissi-
mi S. R. I. Comitis de Wolfstein Consiliario
Ecclesiastico & Consistoriali, nec non
Ecclesiæ Altorfinæ Archi - Diacono
fideliter promerito,**

**Baieriani nominis, virtutum ac fa-
mæ propagatori dignissimo, eruditionem-
que eximiam cum sanctitate & prudentia
theologica felicissime copulanti,**

**Patrono suo, eo, quo decet, venera-
tionis atque honoris cultu ingiter
prosequendo,**

**EX BIBLIOTHECA Hunc
OLDENBURGENSI.**



Hunc in ordine Sextum
Variorum Opusculorum
Sylloges
F A S C I C V L V M

pro favore, abhinc hoc ipso sexen-
nio, Vinariæ sibi, in peregrinatione, lite-
rarum caussa suscepta, tunc constituto, lu-
culenter exhibito, qualemque gratæ
voluntatis monumentum
erectorus,

*Cum voto ardentí, ut æternum Nu-
men Virum Celeberrimum, cum honoratissima
Familia BAIERIANA, omnibus animi cor-
porisque hominibus exoptandis beatitatibus longo
annorum intervalllo perfrui benigne
iubeat,*

veterum formula consecrat

*Halæ Suev. d. VI. Sept.
MDCCXXXI.*

Frider. Iac. Beyschlagius.

Elenchus materiarum Fasciculi VI.

- I. Io. Augustini GROEBELII Programma de Cruce salutis signo, pag. 5.
- II. Dan. Guil. MOLLERI Disputatio de *Titulo Defensoris Fidei*, p. 25.
- III. EIVSDEM Centum Disticha, quorum initium & finis: *Disce mori*, p. 73.
- IV. Io. Balt. BERNHOLDI Diff. de probitate Socratis sive modica, sive nulla, p. 85.
- V. Ge. Guil. KIRCHMAIERI Descriptio *vita Georg. Michaelis Cassai*, Hungari, p. 124.
- VI. Laz. SPENGLERI Epistola ad *Georgium Pium*, March. Brand. p. 135.
- VII. ALBERTI, M. B. & Ducis Prussiæ, Epistola ad *Fratrem Casimirum*, M. B. p. 165.
- VIII. EIVSDEM Epistola ad *Fratrem Georgium & Fridericum Ducem Lignit.* p. 179.
- IX. GEORGII PII, March. Brand. Epistola ad *Io. Rurerum*, Theol. Onold. p. 184.
- X. Ioan. RVRERI Epistola ad *Georgium Voglerum*, p. 189.
- XI. Io. Matth. GROSH Diff. Epist. ad amicum, de Artic. Suob. a. 1528. compositis & nuper repertis, p. 203.
- XII. OBSERVATIO EDITORIS ad præcedentem Dissertat. Epistol. p. 226.
- XIII. NOVA LITERARIA, cum observationibus variis, p. 234.

I. Crux



THEATRUM
LIBRARIAE
ACADEMIAE
OLDBURGENSIS

I.

CRVX SALVTIS SIGNVM, Actui Oratorio

a. d. III. Id. April. ccccxxix.

instituendo
more solito præmissum

ab

IO. AVGUSTINO GROEBELIO

Lyc. Rect. (*)

Longosalissæ Formis Heergarthii, D.S.L.E.Q.T.

Q. B. V.

VALEANT eæ gentes omnes, qui-
bus veri Dei notitia , vel plane
nulla , vel saltēm levis , est , ho-
noribus , scientiis , divitiis , su-
perbiant licet , in iisque spem suam , præ-
sidium atque gloriam collocent omnem .

Tom. II. Fas. I.

A

nobis

*) Huius viri doctri binae observationes extant
in *Miscell. Lipsiens. T. X. p. 79. sqq. & T. XII.*
p. 137. sqq.

nobis tamen, quos melior agitat Spiritus, quos sanior imbuit doctrina, atque fides salubrior, sola est in Cruce CHRISTI gloria, salusque. Evidem non negamus, lignum primam primi hominis fuisse perniciem, quum primus humani generis progenitor, Adamus, fœmineis captus illecebribus, vetitam arborem contigit, quo vero facto se suosque turpissime perdidit. Multo minus diffitemur, crucem olim mancipiis supplicium, ut turpissimum, sic gravissimum, fuisse. Postea vero lignum homini saluti fuit certissimæ, quum CHRISTVS, humanæ prolis sospitator, in arborem scandens, uti æternus eius Pater sic fieri voluit, vitæ nos, in eum pie credentes, restituit, & crucem suam mortalibus signum posuit salutis Id quod primum factum est in Paradiso. Postquam enim primi parentes a DEO, conditore suo benignissimo, misere defecerant, ipse Filius Dei, ex immensa misericordia se obtulit deprecatorem, & admissæ culpæ oblivionem, nec non debiti communis allevationem promisit, fore videlicet tempus, quo, assumta humana natura, gravia legis onera tolleret, peccati & mali genii vim

vim prosterneret, atque obtereret, conciliationem, de cruce pendens, morsuque inferni draconis horrendo laceratus, inter æternum Patrem hominemque sanctitatus. Hinc antiquissimum sane & sanctissimum institutum oportet esse id, quod ipse Dei Filius, circumfusa cœlestium spirituum corona, aperuit, apertumque deinde beatorum ministerio patrum propagandum curavit. Quid? quod propterea idem Dei Filius, in hominis forma aliquoties, veteris tempore instrumenti, patribus senioribus apparuit, doctrinamque de generis humani, uti per crucem fieri deberet, restitutione, quam ex æterni Patris sinu protulerat, renovavit & illustravit. In conventibus deinde patrum, posteaquam nomen Dei publice prædicari & invocari coeptum erat, ita sunt homines informati, ut in primis illis explicata fuerit crucis promissio, primis facta parentibus, de semine venturo, de Dei Filio, instar agni olim in crucis ara maestando. Nullum igitur est dubium, breviora doctrinæ capita a Mose, qui vir erat Deo plenissimus, in scripturam relata, & frequentibus iunctacionibus fuisse pluribus explicata. Quis

A 2

enim

enim statuere vellet, bis mille annorum
spatio plura a doctoribus non fuisse dicta,
quam quæ primis de creatione capitibus
continentur? Sunt tamen, sunt clarissima,
& extra omnem posita dubitationem, in
veteri codice argumenta, ex quibus vel ul-
tro apparet, probarique potest, crucis si-
gnum non solum cognitum, sed & salutare
creditum fuisse. Etenim huius rei figuram
Iudæi tum exhibebant, Dei iussu præpoten-
tis, quum limina sua de cruore agni notarent.
DEVS nempe, percussurus Ægyptios, ut ab
ea plaga immunes faceret Ebræos, his præ-
ceperat, ut candidum agnum sine macula
immolarent, 1) ac signum liminibus suis
de eius sanguine imponerent. Itaque quum
Ægyptiorum primogeniti una nocte inter-
iissent, Ebræi soli signo crucis, sanguine
factæ, tuti fuerunt, non quia crux pecu-
dis tantam in se vim gerebat, ut homini-
bus saluti esset, sed imago fuerat rerum fu-
turarum. 2) Sic tum figura valuit in præ-
senti ad depellendum periculum, ut appa-
reret, quantum veritas ipsa valitura sit ad
plebem

1) v. V.C. GOLDNERI observ. de agno paschali,
T. II. Miscel. Lips. p. 658.

2) v. LACTANT. de vera sapientia l. IV. c. 26.

plebem Dei protegendarum, in extrema totius orbis necessitate. Pari quoque ratione crucis signum suam exseruit virtutem, cum populus murmurans a serpentibus igneis, a DEO poenae loco immisis, pungeretur. Mosesque, sic DEO iubente, serpentis imaginem erexit, cuius salutaris signi intuitu populus, lue tactus, sanaretur, & mortifero presterum ictu liberaretur. 3) In cuius serpentis erectione grande latuit mysterium, & ratio divinior, aliorum rationes longissime transcendens, typumque constituit CHRISTI, in cruce aliquando erigendi, quicquid alii hic fingant, ac contradicant. Rectius igitur statuitur, hac narratione significari CHRISTVM, in cruce sua de serpente triumphaturum, eum ibi exppositum, & simul ab eadem cruce, a qua ipse penderet, secum suspensum, ad ipsum devincendum. Habuit vero, ut tantum non omnium sententia eruditorum est, ea pertica figuram crucis, cui serpens æneus, alis instructus, ad modum serpentum ignitorum, qui Israelitas vulnerarunt, expansis

A 3 sis

3) v. V.C. DOPPERTI obs. de Christo, per serpentem æneum præfigurato, T. I. Misc. Lips. p. 62.

sis alis fuerit affixus. Cusa quoque sunt numismata quædam, quæ oraculum illud ita, ut nos idem exposuimus, ad vivum quasi exprimunt, atque perticam illam, de qua pependit serpens, formam crucis habuisse, loquuntur. Horum quædam adducit Cl. SCHLEGELIVS, 4) *Bibliis in numis*, & qui primo loco nominandus erat, regius Antiquarius, vir de rectis studiis immortaliiter meritus, V. E. TENZELIVS, maxime reverendi sacrorum nostrorum præsulis, P. TENZELII, olim frater, 5) in *Saxonia Numismatica*, quantum ad stirpem Ernestinam attinet. 6) Quæ consuetudo, ut alia plura, a Iudæis transiit ad profanos Deorum cultores, ut crediderint, crucem signum esse salutare. 7) Et quidni? Hæc enim præcipua fuit cauſa, cur Deus crucem maiuerit, quod illa exaltari eum, fuit necesse, & omnibus gentibus mortem Dei notescere. Nam quoniam is, qui patibulo suspenditur,

&

4) p. 387.

5) p. 102. Huiusmodi numum ipse possideo.

6) Plura cui scire volupe est, adeat DASSOVIVM, disp. *de signis crucis gentis ebraeorum*.7) v. D. M. KOCHII obs. *de usu crucis apud gentiles*, quæ est in Misc. Lips. T. VI. p. 132.

& conspicuus est omnibus, & cæteris altior,
crux potius electa est, quæ significaret, illum
tam conspicuum, tamque sublimem futu-
rum, ut ad eum cognoscendum pariter &
colendum, cunctæ nationes ex omni orbe
concurserent. Imo nulla gens tam inhu-
mana fuit, nulla regio tam remota, quo
non passio eius, de cruce pendentis, per-
venerit. Extendit ergo in cruce manus suas,
orbemque dimensus est, ut iam tunc osten-
deret, ab ortu solis, usque ad occasum,
magnum populum, ex omnibus linguis &
tribubus congregatum, sub alas suas esse
venturum, signumque illud maximum at-
que sublime, ut signum salutis, susceptu-
rum. Quid enim prohibet, quo minus sta-
tuamus, ex eo, quod CHRISTVS aliquando
erat cruci affigendus, profanos in eam ve-
nisse sententiam, ac si per directionem
divinam, tum apud Iudeos, tum apud
profanos, crux fuerit signum salutis? Me-
cum in ea sunt sententia eruditorum ferme
plerique, ex quibus, dum omnes persequi
præsentis tabulæ prohibet angustia, BARO-
NIVM, GRETSEVM, MENOCHIVM,
MONTACVTIVM, nominasse sufficiat. Quem
ultimo nominavi loco, statuit, profanos

ex commercio cum Iudæis hæc hausisse, præsertim quum diffitendum haut sit, inter profanos non pauca crucis, eademque salutaria, occurrere vestigia. Sic in tropæis adhibitam crucem, testatur TERTVLLIANVS,
 8) *Victorias adoratis, inquiens, quum in tropæis cruces intestina sint tropæorum.* Crucem quoque in sacris Ægyptiorum, qui usum illius salutarem ab Israelitis percepserant, fuisse usitatam, ex figura illa sacrificuli Ægyptiaci, crucem sinistra tenentis manu, colligitur, quam in A. R. MAGNINI antiquitatum thesauro asservari, magno numero perhibent eruditæ. Ante hos omnes, quos laudavi, SOCRATES, 9) hunc in modum scripsit. *In delubro Serapidis, iam diruto, & fundamentis convulso, litteræ repertæ fuerunt, lapidibus incisæ, quas hieroglyphicas appellant. Erant formæ insculptæ, quæ crucis habebant effigiem, quas & Christiani & gentiles, oculis intuentes, utrique ad suam ipsorum religionem accommodarunt. Nam Christiani, crucem salutaris Christi passionis signum esse, dixerunt, propriamque sua religionis notam*

cen-

8) *Apolog. advers. gentes, c. XVI.*9) *Histor. Eccles. V, c. 17.*

censuerunt, gentiles, aliquid in ea commune esse CHRISTO & Serapidi, affirmarunt. De Turcis memoriae proditum est, eos signo crucis in fronte, pestis avertendæ cauſa, olim fuisse usos. 10) Ut alia omittam, quibus referti eorum auctorum libri sunt, qui de usu crucis inter profanos differuerunt, quorum non nullos excitatos invenire licet in Celeb. V.E. LOESCHERI *Stromat. sect. VIII,* p. 153, ubi divinus Theologus de numis, signo crucis notatis, cum cura agit. Mitto vero profanos, quibus quidem, ut ut crucis usus receptus, salutaris tamen eius significatio liquidissima non fuit, & ad eos accedo, qui a Christo nomen crucemque sumserunt, & pleniores de cruce Christi, signo salutari, notitiam perceperunt. Quanto terrori sit dæmonibus hoc crucis signum, inquit LACTANTIVS, Christianorum Cicerone, 11) sciet, qui viderit, quatenus adiurati per Christum, de corporibus, quæ obseverint, fugiant. Nam sicut ipse, quum inter homines ageret, universos dæmonas verbo fugabat, hominum mentes emotas,

A 5

&

10) v. Erh. SPIZ. diff. *de Stigmat.* p. 10.

11) de vera sap. l. IV. p. m 504.

& malis in cursibus furiatas, in sensus pri-
stinos reponebat, ita nunc sectatores eius,
eosdem spiritus inquinatos de hominibus,
& nomine magistri sui, & signo passionis,
excludunt. Cuius rei, pergit, non diffi-
cilis est probatio. Nam quum Diis suis im-
molant, si assistat aliquis, signatam fron-
tem gerens, sacra nullo modo litant,
*NEC RESPONSA POTEST CONSULTVS
REDDERE VATES.*

Pertinent huc quoque, quæ laudatus auctor
habet libro de mortibus persecutorum, c. 10.
lectu sane ut dignissima, sic iucundissima.
Tanti videlicet crucis æstimabatur figura,
ut omnibus ferme rebus, omnibusque nego-
tiis signum crucis adderetur, eo consilio, ut
nullo unquam tempore memoriam crucis
Christi ex animo suo mitterent, suaque in-
cepta per crucem Christi, prospere succe-
derent. 12) Potissimum vero crucis signo
usi sunt in plurimis pietatis cultusque reli-
gioſi exercitationibus. Preces peracturi,
non

12) v. TERTVLL. *de coron. mil.* c. 3. KORT-
HOLI pag. obtrect. II, 6. *de Staurola-
tria, priscis Christianis obiecta*, p. 334.
FLEVRY *demor. Christian.* c. n. J. Enck-
bus. p. 36.

non solum frontem crucis figura signabant,
sed & brachia manusque ita componebant,
ut sic formam quasi crucis effingerent. Cres-
centibus deinde ritibus, crucem quoque
formabant super illos, qui in doctrina Chri-
stiana adhuc erudiebantur, super frontem
illorum, qui sacro erant tingendi lavacro,
super aquam, qua illi, recens Christiani
lavandi, super oleum, quo post lavacrum,
illorum frons insignebatur, super panem
vinumque, quod in sacra cœna adhibere
voledant. 13) Benedictio quoque Aaroni-
tica, quæ hodieque nostris in Ecclesiis suum
merito tuetur locum, & ad populum, ex-
emplo senis Iacobi, filiis suis benedicentis,
14) peractis sacris, dirigitur a verbi divini
ministro, facta est, & fit cum figura crucis,
15) quem ad modum & sacri munera can-
didati, dum in eo erant, ut cœtui præfi-
cerentur, ideo cruce insigniti leguntur, ut
muneri, fidelius & felicius administrando,
redderentur aptiores. 16) Baculus quo-
que,

13) v. testimonia Patrum collecta apud SA-
GITTAR. *de cruce Martyr.* p. 272. seq.

14) Gen. XLIX. 13.

15) SCHVRTZFLEISCH. *de Χειρονίᾳ Sacerdot.*
16) v. SCHMIDII disp. *de Baculo pastor.*

que, quo deinde, in concionem prodituri,
& miracula cum eo, uti Moses cum suo,
facturi, usi sunt, & pastoralis vocatur,
non alia, quam crucis forma, erat. Vete-
res etiam, qui sacra amplexi Christi erant,
felici utentes matrimonio, recens procrea-
tis infantibus, contra striges, caprimulgos,
sagas, quæ illis, ante & post lustrationem
insidiari credebantur dormientibus, signum
crucis appendebant, quo ista monstra &
hostes hominum a pueris abigerentur. 17)
Id quod nostræ imitari videntur fœmellæ,
dum eiusmodi crucis signa, vel auro vel
argento fabricata, variisque gemmis & uni-
onibus exornata, & ad mundum mulie-
brem facientia, de collo earum dependere
quotidie videmus. Non minus certa res est
de labaro, vexillo Romanorum, quod
primus omnium Christianorum Imperato-
rum cruce distinxit Constantinus, re & no-
mine magnus, cohortibusque, acie con-
gressuris, præferendum curavit, & hosti-
bus velut scutum quoddam obiecit. 18) Ne-
que vero id apud cordatos suspicionem ha-
bet,

17) BARTHOL. *de puerp. vet.* p. 159.18) v. EVSEB. I. *de vita Conf.* c. 31, SOZO-
MEN. I. c. 4.

bet, & magno consensu traditur, quod
Constantinus viderit in nubibus signum cru-
cis, eiusque ad effigiem, a Christo serva-
tore commonitus, vexillum adornarit.
Nam & permagna Eusebii illorum tempo-
rum Constantinoque familiaris auctoritas
est, & aliorum, fide dignorum, testimo-
nio ornatur, adeo ut temeritatis culpa non
vacet, quisquis miraculum, omnium fide
probatum, nec ab incunabulis imperii
Christiani alienum, paullatimque erudien-
do & confirmando Constantini animo ac-
commodatum, sit praefracte negaturus. 19)
Hac crucis visione erectus firmatusque Cæ-
sar, animum futuri anxium collegit, fidu-
ciamque conferendi prœlia cepit, atque a
Mosella inde versus Italiam movit, Alpes-
que transgressus, Mazentium apud Pontem
Milvium vicit. Ea de causa Magnentius
tyrannus, eiusque frater Decentius, vel
sola crucis tessera, cuius religionis essent,
indicarunt. Nam eorum numi crucem,
doctrinæ Christianæ symbolum, præferunt,
atque haut dubia prisca piaque vetustatis
argumenta præbent. Crux enim Christia-

nae

19) v. SCHVRTZ FL. *de primo Christian. im- per. §. 15.*

næ religionis insigne erat, præsertim eorum, qui a Deorum cultu recedentes, Christi castra sequebantur, unde & in urnas coniectæ cruces hic illic reperiuntur. 20) Quo more deinceps factum est, ut crux in litteris tabulisque pingatur, a Christianis amaretur, coleretur, imo subsidium, inquirendæ veritatis, vel maxime salutare ac certissimum haberetur. Namque post Constantini tempora, ad explorandam accusatorum innocentiam, in universa Europa, cognitum esse coepit *Crucis Judicium*, in Francorum, Saxonum, Frisionum atque Longobardorum potissimum iudiciis usitatum, quod ex antiquissimis gentium illarum legibus, nec non medii ævi scriptoribus manifeste colligitur. Sed quæ fuerit huius iudicij ratio, quisve modus, de eo nihil certi affirmari potest. Quotquot scriptorum eam de Cruce purgationem & genuinam illius probandi rationem elaborandam sibi sumserunt, omnes, fateor, in sententiarum diversitates trahuntur, scopum attinquent paucissimi. Res tam difficilis est, & abstrusa, ut etiam posteruditissimas doctissimorum

20) v. HECHT, obs. T.VII. Misc. Lips. p. 260.

morum virorum commentationes nondum evictum sit , qua ratione , crucis examine , explorata fuerit a veteribus accusatorum innocentia , & indagata rei occultæ veritas . Tacent veterum historiarum monumenta , tacent gentium antiquarum leges , neque modum examinandi satis exposuerunt illarum interpretes , iuris antecessores . Atque exinde orta fuit summa obscuritas , & magna eorum , qui , hanc antiquitatis partem non indignam esse , suis existimarunt , laboribus , 21) in iudicando diversitas , aliis scilicet , ne , nihil dixisse , videantur , aliquid , sed sine ratione , dicentibus , aliis vero , quale fuerit crucis examen , incompertum sibi adhuc esse , ingenue fatentibus , cuius rei opiniones potiores ordine suo recenset V. C. BEYER . *de origine & natura præiudiciorum in iure iurando* , diss. Lips. hab. 1720 . p. 86. Mihi vero , missis aliorum coniecturis , qua ratione Crucis examine investigata fuerit quondam accusatorum aut culpa , aut innocentia , si licitum est , prolaturo , & solius antiquitatis testimonio ducto , probandi

21) *De Cruce* scripserunt Iac. GRETSER . opus rarissimum , LIPSI VS , ROTHIVS diss. in Gymnas. Vlmenti , *de Crucis iudicio* , alii ,

bandi modus sequens fuisse videtur. Reus, qui ad crucem damnatus erat, brachiis ad crucem expansis, per duas & quadraginta noctes immobilis ad crucem stare iubebatur, id quod cum sine peculiari Numinis divini auxilio impossibile, & corporis humani vires excedere videretur, DEO sic tribuebant iudicium, ut, qui immobilis persistiterat, victor, qui movebatur, aut divino quodam iudicio ceciderat, victus haberetur. Cui assertioni respondent antiquæ dicendi formulæ, ut *cruce contendere, cruce decer- tare, stare ad crucem*, quibus veterum leges conceptæ leguntur. 22) Hinc quoque derivanda consuetudo est, cuius vestigia hodieque passim supersunt, dum veteres signum crucis non procul a suppliciorum locis posuerunt, sicuti Ossitii, quam, ut patriam meam dulcissimam, benignissimum Numen fortunet! partim in eo loco, ubi Senatus amplissimus, partim, ubi Præfectus prætorii nobilissimus, supplicia exercent, tres cruces, &, ut alia obliviscar, hic Longosalissæ, cui Deus immortalis antiquum

22) v. Fr. SPANHEM. hist. Eccles. T. I. op. p. 1450. THOMAS. not. ad Lancellotti Instit. I. Can. T. IV. p. 1758.

tiquum gloriae & felicitatis splendorem quam
primum ut reddere velit, ex animo precor,
in via, quae Molhusam dicit, in agro, qui
iam est Consulis nostri splendidissimi, THI-
LONIS, cui e regione sunt furcae, unam
crucem, e saxo formatam, quotidie videre
licet. Non possum non, quin hic publice
prædicem studium atque favorem iam lau-
dati Consulis, non solum in me, sed erga
omnes ferme, qui litteris & antiquitatibus,
quarum Ipse ut olim cultor indefessus, ita
nunc Patronus incomparabilis, existit, rite
operantur. Quem quum nuper adirem,
eumque hac ipsa de re consulerem, omnem
hanc antiquitatem sermone suo, quem tum
instituebat, ita exposuit doctissime, ut &
his, tum prolati, acquiescere, & eruditior
atque instructior abire potuisse. Sed id
non satis. Abdebat se paullulum in bibli-
otheca sua, cuius optimam partem, malum!
ultimum civitatis nostræ incendium abstu-
lit, & primum WEHNERI, Viri Consul-
tissimi, observat. pract. ubi p. 267. *Lapides,*
qui agros vicini a privatis vicinis seiungunt,
sive illi in silvis, sive in campis positi, vocantur
vulgo Guterstein, Schiedstein, qui aliquando
cruce signantur. Hinc in ardua caussa Commis-

Tom. II. Fasc. I.

B

fario


sario iniunctum, ut inquireret, ob die Stein, so
Güter zu unterscheiden pflegen, kein Creutz.
aufhaben: deinde, quum id mihi non ex
omni satisfaceret parte, G. BEYERI, Iuris
olim in Academia Vit. Antistitis Celeberri-
mi, Specimen Iur. Germ. proferebat, ubi
consultissimus Auctor, p. 54. Statuas, in-
quit, in confiniis quarundam urbium erectas,
ut plurimum lapideas, & vel imagine Redemto-
ris crucifixi, vel cruce signatas, die steinerne
Creutze, indistincte hoc referre nolui. Alibi
enim iurisdictionem ecclesiasticam, vel sedem
Episcopi, significant, alibi rei gestæ memoriam
conservant, alibi viatores ad cultum religiosum,
qualis in papatu imaginibus sacris tribuitur, in-
vitant. Unde hic illic ædicas (*) cum ima-
ginibus sacris ad viam publicam, prope urbes
extructas, videas, devotioni viatorum, vel
SUPPLICIO CANDIDATORVM inservituras.
Hinc usu venit, ut crucem, signum salutis
haberent, & salutarem nuncuparent, non
quin

(*) Talia rudera & apud nos, Hale Suev. adhuc
videtur, v. g. in via, quæ ad pagum Gel-
bingen, aliaq; quæ ad pagum Hainbach du-
cit, haud procul a villa Theurers-Hoff dicta;
item illa, quæ in via Münckheimensi cer-
nuntur. F. I. B.

quin iis notum esset, crucis figuram per se inanem esse, & inutilem, sed quia inscriptum tenebat salutare Christi nomen, in quo oculos animosque omnium Christianorum defixos esse oportet. Recte itaque, pieque, & prudenter nos facturi, caussamque nostram omnibus, qui crucem Christi vero amplectuntur amore, facile probaturi videmur, quod praesenti tempore, quo omnia templi domusque crucem Christi resonant, more nobis consueto, dum duo nostrae adhuc disciplinæ Alumni, umbram cum luce permutare, secum constituerunt, eiusmodi materias, suo Marte elaborandas, ac publice recitandas, illis præceperimus. Sunt illi, quos honoris & amoris caussa nomino, quamquam inuitus dimitto, *IO. ELIAS SEEGLIVS & IO. IEREMIAS HOPPIVS* uterque Longosalissensis, quorum ille de *Cruce, in natura præfigurata,* hic de *Cruce Christi, oratione latina,* verba sunt publice facturi. Hi Candidati nostri, sicuti honestissimis parentibus nati, ita, posteaquam penso hic suo feliciter defuncti, & magnis sapientiae incrementis ornati, quod DEVS O. M. feliciter illis suisque, quos amo, & honoro, evenire iubeat, *Jenam, tanquam*

ad bonarum artium mercaturam, propediem cogitant. Qui quum ita se gesserint in Schola nostra, ut pietatis & diligentiae cæteris omnino illustre dederint exemplum, digni sunt habiti, quibus moribus antiquis, quidam ex cœtu nostro, æque pius, modestus atque industrius iuvenis, λόγω, quem vocant, περπεμπτω respondeat, &, nomine omnium, feliciter succlamet. Is est CHRISTIANVS CHRISTOPHORVS REICHENBACHIVS Arterensis, qui non solum id, quod ipsi commissum est, conficiet negotium, sed &, quæ meditatus ipse est, de Crucis Societatibus, oratione latina, in medium proponet. Digni omnino hi tres iuvenes humanissimi, mihi & omnibus bonis charissimi, sunt, qui a frequente eruditorum concione, patientibus æquisve auribus exaudiantur. Quare omnem in modum oro, rogoque, summe reverendos, atq; amplissimos Scholæ nostræ Patronos, Inspectores, totumq; reip. litterariæ senatum & cives, velint crastino die, hora matutina octava, in primi ordinis auditorio, frequentes adesse, atque eum honorem, non nobis, sed salutari Christi cruci, habere, huncque actum sua honorifica collustrare præsentia. Hoc nempe volumus, hoc agimus,

mus, ut probis & doctis nos nostraque stu-
dia probare possimus, illiteratum plausum
nec desideramus.



II.

DISPVVTATIO

De

TITVLO

DEFENSORIS FIDEI, (*)

SVB PRÆSIDIO

VIRI

PRÆNOBILISSIMI atq[ue] EXCELLENTISSIMI

DAN. GVIL. MOLLERI,

Com. Palat Cæs. Metaph. & Hist. Prof. Publ.

Celeber. Facult. suæ h. t. Decani Spectat.

Disquisitioni publicæ proposita

a

JOH. CHRISTOPHORO MAJERO, (**)

Cünzelsavia - Franco,

Altdorfii M DCC. d. xxv. Octobr.

Literis HENR. MEYERI, Vniv. Typ. in 4. *plag. 3.*

(*) Perelegans & ex omnigena eruditionis penu
locupletatum atque exornatum de TITVLO
DEFENSORIS FIDEI Programma haud

I. S. N. I.

§. I.

Defensores multiplices esse, & variis adiectis nominibus a se invicem distinctos ac separatos, præter vetustorem, recentior quoque comprobat historia. Nimirum *Defensor*, nomen & officii est & dignitatis; unde in Statu non minus Ecclesiastico ac Politico frequentior eiusdem apud Autores occurrit usus. Sub *Cœlestino* & *Bonifacio* circa A. C. 423. initium sumfisse *Defensoris Ecclesiae* appellationem, e Concil.

Afri-

ita pridem in *Pœciles* T. III. Lib. II. p. 261. sqq. (conf. T. II. p. 486.) lectoribus suis legendum stitit reconditæ doctrinæ laude dudum insignis D. Christoph. Aug. Heumannus. Sed fugit eius diligentiam hæc *Diss. Molleriana*, quam alioqui haud dubie vel laudasset, vel examinasset. Eam ergo, iam triginta abhinc annis habitam, nec ubivis obviam, hunc in finem recudendam curamus, ut illius cum Programmate Heumanniano collatio institui queat. De vita cel. auctoris vid. Sect. III.

(**) Is nunc Pastoris primarii & Consistorialis Gildorffensis, in Comitatu Limpurgico nobis vicino, amplio munere laudabiliter defungitur.

African. Can. 42. satis innoteſcit. Hinc *Deſenſor Monasterii*, & ex eodem fonte *Deſenſores Patrimonii S. Petri* promanarunt, qui a Pontificibus in Provinciis erant constituti, ad tuendum curandumque Patrimonium Ecclesiæ Romanæ, de quibus crebra apud *Gregorium Magn.* mentio in *Epistolis*. *Deſenſoris Civitatis* meminit *Cassiodorus lib. 7.* cum ait: *Imples revera boni Deſenſoris officium, si cives tuos nec legibus patiaris opprimi, nec charitate consumi.* Dictus etiam est *Deſenſor Plebis*, dum plebis rationem habuerat, atque cognoverat de causis pecuniariis usque ad Aureos 300. nec non de criminibus levioribus: Testamentorum insuper & donacionum insinuationes coram ipſo factæ sunt, ut & testationes ac depositiones, conf. *Novell. 150 per tot.* *Deſenſores autem Ecclesiæ etiam Advocati dicti sunt, & quidem in genere Advocatum Deſenſorem denotare*, hinc maxime elucet, quod & Romani *Carolum M. Advocatum S. Petri, contra Reges Longobardorum, sibi elegerunt, & hodieum in Inauguratione Imperator Rom. Advocatum Ecclesiæ se profitetur.* Plura de *Deſenſoribus* videsis apud *Carol. du Fresne in B 4*

Glossar.

Glossar. voc. Defensor, & Henr. Spelmann. in
Glossar. Archaeol.

II.

Defensoris Fidei elogium Regibus Angliae proprium esse constat: Etenim Defensor Fidei est titulus Henrico VIII. Angliae Regi a Leone X. Pont. Rom. missa peculiari Bulla primum specialiter & in singularis prærogativæ testimonium tributus, ob Scriptum stylo elegantiore latino & ferventiore Zelo contra Martin. Lutherum, in causa numeri Sacramentorum septenarii & Indulgenciarum quoque promulgatum: postea autem obedientia Pontifici a Rege denegata, ad eiusdem mentem, Statuto quodam Parliamentario sancitum est, ut idem ille titulus Regiis Angliae titulis in perpetuum annexus & implexus esset, cum adiectione simul tituli Supremi Capitis Ecclesiae Anglicanæ. Tenor Statuti est; The Kings style shall be: Henry the eight, by the grace of God, King of England, France and Ireland, Defendor of the Faith, and of the Church of England, and also of Ireland, in earth the supreme head: Which style shall be united and annexed for ever unto the Imperial Crounne of the Realme of England. Quæ latine reddere placet h. m. Regis stylus

five

sive titulus erit : Henricus VIII. Dei gratia
Rex Angliae, Francie & Hiberniae, Caput in
terra supremum : Qui stylus sive titulus iungi
& annexi in perpetuum debet Imperiali Coronae
Regni Angliae.

III.

Ad Bullam Pontificiam, cuius paulo an-
te in § 2. mentio iniecta est, quod attinet,
reperire eam licet, Latine quidem, in Laërt.
Cherubini Bullar. Magno Tom. I. ad A.C. 1521.
Selden. Titl. of. Hon. lib. 1. c. 5. n. 4. & Jacob.
Hovvei de Præcedentia Reg. f. 20. 21. licet
paulum mutilata : Anglice autem in Joh.
Speed Histor. Henric. VIII. unde excerpta ut
heic quoque latino suo primo in habitu
compareat, operæ pretium esse duxi; verba
igitur illius ordine sunt posita seq. LEO
Episcopus Servus Servorum Dei, charissimo in
Christo filio HENRICO Angliae Regi, Fidei
Defensori, Salutem & Apostolicam benedictionem.
Cum supernæ dispositionis arbitrio,
licet imparibus meritis, Vniversalis Eccle-
siæ Regimini præsidentes, ad hoc cordis
nostræ longæ lateque diffundimus cogita-
tus, ut Fides Catholica, sine qua nemo pro-
ficit ad Salutem, continuum suscipiat incre-
mentum. Et ut ea, quæ pro cohibendis

B 5

con-

conatibus illam deprimere, aut pravis mendacibusque commentis pervertere & denigrare molientium, sana Christi fidelium, praesertim Dignitate Regali fulgentium, Doctrina sunt disposita, continuis proficiant incrementis, partes nostri Ministerii & operam inpendimus efficaces. Et sicut alii Romani Pontifices, Praedecessores nostri, Catholicos Principes, prout rerum & temporum qualitas exigebat, specialibus favoribus prosequi consueverunt, illos praesertim, qui procellosis temporibus & rabida Schismaticorum & Hæreticorum fervente perfidia, non solum in Fidei serenitate, & devotione illibata Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, immobiles perstiterunt; verum etiam tanquam ipsius Ecclesiæ legitimi Fili, ac fortissimi Athletæ, Schismaticorum & Hæreticorum insanis furoribus, spiritualliter & temporaliter se opposuerunt. Ita etiam Nos Maiestatem Tuam, propter excelsa & immortalia erga Nos & hanc Sanctam Sedem, in qua Divina permissione sedemus, opera & gesta, condignis & immortalibus praæconiis ac laudibus efferre desideramus, ac ea sibi concedere, propter quæ invigilare debeat, a grege Dominico lupos

lupos arcere, & putrida membra, quæ mysticum Christi corpus inficiunt, ferro & materiali gladio abscindere, & nutantium corda Fidelium, in Fidei soliditate confirmare. Sane cum nuper dilectus Filius *Johannes Clerk*, Maiestatis Tuæ apud Nos Orator, in Consistorio nostro, coram Venerabilibus Fratribus nostris, Sanctæ Rom. Ecclesiæ Cardinalibus, & compluribus aliis Rom. Curiæ Prælatis, LIBRVM, quem Maiestas Tua, charitate, quæ omnia sedulo & nihil perperam agit, Fideique Catholicæ Zelo accensa, ac devotionis erga nos & hanc Sanctam Sedem fervore inflammata, contra errores diversorum Hæreticorum sæpius ab hac Sancta Sede damnatos, nuperque per *Martinum Lutherum* suscitatos & innovatos, tanquam nobile & salutare quoddam Antidotum, composuit, nobis examinandum, ac deinde AVTORITATE NOSTRA approbandum obtulisset, ac luculenta Oratione sua exposuisset, Maiestatem Tuam paratam ac dispositam esse, ut, quemadmodum veris rationibus, ac irrefragabilibus Sacrae Scripturæ ac Sanctorum Patrum Autoritatibus,

noto-

notorios errores eiusdem *Martini* confutaverat, ita etiam omnes eos sequi & defensare præsumentes, totius Regni sui viribus & armis persequatur; Nosque eius LIBRI admirabilem quandam, & cœlestis Gratiæ rore conspersam doctrinam, diligenter accurateque introspeximus, Omnipotenti DEO, a quo omne Datum optimum, & omne Donum perfectum est, immensas gratias egimus, qui optimam & ad omne bonum inclinatam mentem Tuam inspirare eique tantam gratiam superne infundere dignatus fuerit, ut ea scriberes, quibus sanctam eius Fidem contra novum errorum damnatorum huiusmodi Suscitatorem, & reliquos Reges & Principes Christianos Tuo exemplo invitas, ut & ipsi etiam orthodoxæ Fidei & Veritatis Evang. Veritati in periculum & discrimen adductæ, omni ope sua adesse, oportuneque favere vellent. Æquum autem esse censentes, eos, qui pro Fidei Christi huiusmodi defensione pios labores suscepunt, omni laude & honore afficere, volentesque non solum ea, quæ Maiestas Tua contra eundem Martinum Lutherum

abs-

absolutissima doctrina, nec minori eloquentia scripsit, condignis laudibus extollere ac magnificere, AVTORITATE QVE NOSTRA approbare & confirmare, sed etiam Maiestatem Ipsam Tuam tali honore ac titulo decorare, ut nostris ac perpetuis futuris temporibus, Christi Fideles omnes intelligent, quam gratum acceptumque nobis fuerit Maiestatis Tuae Munus, hoc præsertim tempore nobis oblatum. Nos qui PETRI, quem CHRISTVS in cœlum ascensurus VICARIVM suum in terris reliquit, & cui curam sui gregis reliquit, veri Successores sumus, & in hac sancta Sede, a qua omnes Dignitates ac Tituli emanant, sedemus, habita supra his cum iisdem Fratribus nostris matura deliberatione, de corum unanimi consilio & assensu Maiestati Tuae Titulum hunc Viz. FIDEI DEFENSOREM donare decrevimus, pro ut TE tali Titulo per præsentes insignimus, mandantes omnibus Christi Fidelibus, ut Maiestatem Tuam hoc Titulo nominent, & cum ad Eam scribent,

post

*post dictionem REGIS adiungant FL.
DEI DEFENSORI.* Et profecto huius Ti-
tuli excellentia & dignitate , ac singulari-
bus meritis Tuis diligenter perpensis &
consideratis, *nullum neque dignius ,*
neque Maiestati Tuæ convenientius
Nomen excogitare potuisse, quod
quoties audies ac leges , toties propriæ vir-
tutis , optimique meriti Tui recordaberis.
Nec huiusmodi Titulo intumesces , vel in
superbiam elevaberis, sed , solita Tua pru-
dentia , humilior , & in Fide Christi ac de-
votione huius Sanctæ Sedis , a qua exalta-
tus fueris , fortior & constantior evades,
ac in Domino , Bonorum omnium Largi-
tore , lætaberis , perpetuum hoc ac immor-
tale Gloriæ Tuæ monumentum *Posteris*
Tuis relinquere, illisque viam ostendere
ut si tali Titulo Ipsi quoque insigniri
obtabunt, talia etiam opera efficere,
præclaraque Maiestatis Tuæ vestigia
sequi studeant, quam , prout de Nobis
& dicta Sede optime meritam , una cum
Vxore & Filiis, ac omnibus qui a Te & ab
illis

illis nascentur, Nostra benedictione, in Nomine Illius, a quo illam concedendi, potestas data est, larga & liberali manu benedicentes, Altissimum Illum, qui dixit: *Per me Reges regnant & Principes imperant, & in cuius manu corda sunt Regum*, rogamus ac obsecramus, ut Eam in suo sancto proposito confirmet, Eiusque devotionem multiplicet, & præclaris pro Sancta Fide gestis ita illustret, ac toti orbi terrarum conspicuam reddat, ut iudicium quod de Ipsa fecimus, Eam tam insigni Titulo decorantes, a nemine falsum aut vanum iudicari possit: Demum, mortalis huius vitæ finito curriculo, sempernæ illius gloriæ consortem atque partipem reddat. Dat. ROMÆ, apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo Vicesimo Primo, V. Idus Octobris. Pontificatus Nostri Anno Nono. Ego LEO Christ. Catholicæ Ecclesiæ Episcopus. Ss. Additum sigillum Leonis cum Elogio: *Ad Dominum, cum tribularer, clamavi, & exaudiuit me.* Iuxta posita XXVII. Cardinalium subscriptio.

IV.

IV.

Rex *Henricus* statim, post acceptam hanc Bullam Papalem, Titulo tam excellenti sibi tributo est usus: ac initio quidem, secundum expressum Bullæ tenorem, hac verborum serie: *Henricus VIII. D. G. Angliae & Franciae Rex, DEFENSOR FIDEI, & Dominus Hiberniae;* postea vero *Hibernia in Regnum erecta*, eamque ob causam reliquis Regiis Titulis adiuncta, Nomiini DEFENSORIS FIDEI locus post verbā: *Hiberniae Rex, assignatus est, h. m. Henricus VIII. D. G. Angliae, Franciae & Hiberniae Rex, DEFENSOR FIDEI.*

V.

Ab errore igitur immunes haudquam censendi erunt illi, qui ea in opinione versantur, ac si titulus *Fidei Defensoris* a Leone X quidem Henrico Regi decretus, sed a Clemente VII. per Bullam demum fuerit collatus: Ita enim apud *Hofmann. in Lexic. Univers. Tom. I. voc. Defensores*, legere licet: *Angliae Rex Fidei Defensorem se dicit, qui titulus a Leone X. decretus, & per auream Bullam Clementis VII. Henrico VIII. delatus, quod is Regio Calamo partes Ecclesiae Romanae contra Lutherum defendisset: potiori nunc*

nunc iure Successoribus eius, fortissimis Veræ Fidei Vindicibus, competit. Qua autem ratione hic titulus a Clemente Henrico per Bullam potuerit deferri, ignoro, utpote qui iam antea a Leone X. per Bullam in §. 3. productam eidem fuit collatus: quin potius anathemate Henricum a Clemente ferendum, quam titulo eiusmodi splendido & excellenti fuisse insigniendum, historiæ testantur. Sane *Platina* in *Vita Clementis VII.* memoriæ prodidit seqq. *Henricum VIII. Angliae Regem Clemens VII. ob divortium cum Catharina Imperatoris Amita improbatum, & Anathema intentatum, eo impulit, ut patriæ religione deserta, nova & nefaria Lutheri dogmata, quæ antea scripto improbaverat, seque- retur.*

VI.

Cur *Platina* in *Vita Leonis X.* nullam plane mentionem fecerit insignis adeo in Regem Angliæ collati tituli, merito quis mirari posset. Nimirum neque de scriptis Lutheri, neque de Regia eorundem refutatione, multo minus de Pontificia refutationis regiæ compensatione, quidpiam ibi licet reperire; nisi quod de nomine Lutheri aliqua inserta leguntur h. m. *Fuit Annus*

Tom. II. Fasc. I.

C

1517.

1517. tum pace Italica, & aliis quibusdam rebus admodum memorabilis, tum Romanæ Ecclesiæ gravissimus ac pestilentissimus: Tunc enim Martini Lutheri hæresiarchæ infandum nomen ex ultimæ Germaniæ finibus audiri primo cœptum est.

VII.

Argumentum scribendi Rex Angliæ sumvit ex Libro Lutheri de Captivitate Babylonica: sic enim Ioh. Sleidanus in Commentar. de Statu Relig. & Reip. Carolo V. Cæs. lib. 3. fol. 38. edit. Argent. 1555. In tanto, ait, numero adversariorum Lutheri, Britannia Rex, Henricus VIII. illum etiam oppugnat, & primo quidem iudicium illius de Indulgentiis convellit, & Pontificatum defendit: post, omnem illam disputationem de Sacramento Ecclesiæ reprehendit, sumto scribendi argumento ex libro de Captivitate Babylonica. Prodiit nempe An. 1520. Libellus in forma quarta, cum tit. de Captivitate Babylonica Ecclesiæ, Præludium Martini Lutheri, Wittembergæ. Non adiesto quidem anno impressio-
nis, qui tamen ex Tom. Jenens. 2. Opp. Lu-
ther. fol. 132. edit. 1555. Anno 1520. me-
morato produisse debuit, verbis id evincen-
tibus fere seqq. Antwort teutsch D. Martin
Luthers/

Luthers / auf König Heinrichs von En-
geland Buch. Anno Domini M D XXII.
Ich hab vor zweyen Jahren ein Büch-
lin zu Latein auslassen gehen / mit Na-
men / die Babylonische Gefängnis.
Itemque ex verbis istis, quæ libello de Captiv.
Babyl. præmissa sunt statim ab initio : *De
Indulgentiis ante duos annos scripsi*, sed sic,
ut me nunc mirum in modum pœnitentia
editi Libelli : Libellus autem ille editus est
Anno 1518. neque addito etiam Typogra-
phi nomine, quod tamen Joh. Grunenbergii
fuisse, alia eo anno Wittebergæ litteris il-
lius edita scripta probare posse videntur.
Atque huic Lutheri libro Rex Angliae li-
brum opposuit, cum tit. *Assertio VII. Sacra-
mentorum adversus Lutherum* ; quem per Joh-
ann. Clerk, Regium in Aula Rom. Orato-
rem, Leoni X. Pont. Rom. An. 1521. exami-
nandum ac deinde Autoritate Papali appro-
bandum offerri mandavit : Cuius libri Ar-
chetypus adhuc hodie Romæ in Vaticano
dicitur assertari, cui manu sua Rex as-
scripsit :

*Anglorum Rex Henricus
Leoni mittit hoc Opus &
Fidei testem & amicitiae.*

C 2

quæ

quæ tres lineolæ penitus discrepant a quatuor sequentibus libello Lutheri de *Capt. Babyl.* in fine appositis hisce:

*Hostis Herodes impie
Christum venire quid times?
Non arripit mortalia
Qui regna dat cœlestia.*

VIII.

Diverso deinceps tempore, diversis in locis Opus illud Regium est excusum: primo nempe Parisiis cum tit. *Assertio VII. Sacramentorum adversus Lutherum*, per Henricum VIII. An. 1523. in 4. postea Lugduni cum tit. *Regis Angliæ Henrici VIII. Assertio VII. Sacramentorum adversus Lutherum*, An. 1561. in 4. ut alia iam loca nunc non adducam. Quemadmodum autem in *Anglicanum* statim *Linguam* id ipsum versum esse constat, ita in *Germanicum* quoque idioma transfusum ex Lutheri Tom. II. lenens. fol. 133. edit. 1555. elucet verbis hisce: Zulekt̄ hat Henricus, König von Engelland Lateinisch / wider das Büchlein die Babylonische Gefängnus / geschrieben / das ist nun auch verteutscht in Meissen / und da meynen sie / dem Luther sey gerathen. Similiter latinus Lutheri libellus de *Captiv. Babyl.*

Babyl. germanice expressus in vulgus exiit,
quam tamen versionem Luthero minus
placuisse, citato eius ex Tomo apparat,
ubi allegato loco dicitur: Und wiewol ich
das Liecht nicht scheue/ hat mirs doch nicht
gesunken / daß es verteutscht ist / aus der
Ursach / daß mein gifstiger Feind gethan
hat / mich zu schänden / und gar selten ges-
troffen wird/was ich selbst nicht verteutsche.

IX.

Nulla prorsus ratione duobus Martinis,
alteri quidem Luthero, alteri Zeillero pos-
sum accedere, opinantibus, non tam i-
psum Regem, quam personam aliquam ec-
clesiasticam, sub Regis nomine delitescen-
tem, commemoratum illum librum ex-
arasse. Ita enim *Lutherus Tom. II. Ien. dictæ*
edit. fol. 133. Es meynen viel / König
Heinrich habe diß Büchlein nicht selbst
gemacht / da liegt mir nichts an / es habe
König Heinr̄ oder Kun̄/ Teuffel oder die
Hölle selbst gemacht: Wer leugt / der ist
ein Lügner / darum fürcht ich ihn nicht.
Mich düncet wol / König Heinrich habe
ein Elle grobs Tuchs oder zw̄ dazu ge-
ben / und der gifstige Bube Leus, der wi-
der Erasmus geschrieben hat / oder seines

C 3

gleiq

gleichen / habe die Kappen geschnitten / und mit Futer unterzogen / aber ich will sie ihnen aussstreichen / und Schellen daran schürzen / ob Gott will. Zeillerus autem Centur. 3. Epist. 2. tradidit seqq. Ob gedachter König Heinrich der VIII. (in dessen Namen ein Geistlicher in Engelland / ein Buch wider D. Luthern geschrieben) hat sich *the head of the Church of Engeland, and Defenseur of the Faith*, das ist / das Haupt der Kirchen in Engelland / und Beschützer des Glaubens genannt. Præterquam autem quod Henricus VIII. a Parente suo Archiepiscopatui Cantuariensi, ut pote secundogenitus, destinatus, primam suam adolescentiam elegantioribus artibus ac scientiis, præcipue vero rebus apprehendendis Theologicis, consecraverat, profecto in Bulla etiam Papali verba invenire licet seqq. Cum nuper Iohannes Clerk, Maiestatis Tuae apud nos Orator, Librum, quem Maiestas Tua contra errores, nuper per Mart. Lutherum suscitatos & innovatos, tanquam nobile & salutare quoddam Antidotum, composuit, nobis examinandum obtulisset.

X.

Neque aliam de Rege Angliæ sententiam

tiam plerique hodie maximæ etiam fidei
Autores fovent, quippe qui expressis verbis
librum illum soli Regi vindicant. Sic Gil-
bertus Burnet in the Abridgment of the History
of the Reformation of the Church of England,
h.e. in Epitom. Histor. Reformation. Eccles. Angl.
lib. 1. pag. 20. ait: But no complement
wrought so much on the King's Vanity,
as the Title of Defender of the Faith, sent
him by Pope Leo upon the Book, which
he writ against Luther concerning the Sa-
craments. i. e. *Apud Regem, intuitu vane*
eius ambitionis, nullum elogium in tanto erat
pretio, quam Titulus Defensoris Fidei, quem
ei Papa Leo transmittebat, postquam librum
adversus Lutherum scripsisset de Sacramentis.
Quo etiam faciunt ea, quæ *ibidem* pag. 30.
seq. leguntur h. m. The King laid hold on
this occasion, to become the Churchs
Champion, and wrote against Luther, as
was formerly told. His Book, besides the
Title of Defender of the Faith, drew upon
him all that Flattery could invent to extol
it; yet Luther not daunted with such an
Antagonist, but rather proud of it, an-
swered it, and treated him as much below
the respect that was due to a King, as his

Flatterers had raised him above it. h.e. Rex captata hac occasione, propugnatorem Ecclesiæ se exhibitus, contra Lutherum, ceu supra dictum, librum scribebat. Qui una cum titulo Defensoris Fidei, omnia quæ ex adulazione quocunque modo proficiendi potuerant, in eum cumulate derivabat. Lutherus autem eiusmodi ob Antagonistam animum non tam despondens, quam effrenens, illi respondebat, atque Regem tanto indignius excipiebat, quanto amplioribus elogiis Adulatores eum antehac exornaverant. Sic etiam Petrus Suavis Polanus, vel, quod genuinum eius nomen est, Paulus Sarpius Servita, in Histor. Concil. Trident. ex Italic. Latin. versa, lib. 1. edit. Francof. 1621. pag. 17. seq. Ex Lutheri adversariis maxime illustris fuit Henricus VIII. Angliae Rex: Is quum primogenitus Regis non esset, Patris designatione ad Cantuariensem Archiepiscopatum destinatus, pueritiam in bonarum artium ac disciplinarum studiis posuerat. Sed ex tabe mortuo fratre natu grandiore, Patri post vita functo in regnum successit. Tunc fore sibi gloriosum existimans ingenii vires periclitari in tam nobili religionis controversia, contra Luther.

therum de VII. Sacramentis librū edidit, quo & Pontificis Rom. autoritatem confirmare & Lutheri doctrinam labefacere contendit. Sic denique *Io. de Bussieres in Flosc. Hist. p. 387.* Henricus VIII. in Lutherum Diadematus Athleta propugnaverat Ecclesiā scriptis, *Fidemque defenderat, non opera, ut ceteri Principum, aliena, sed sua, h. e. fætu ingenii.*

XI.

Solenni Processione, Librum Regis, uti alias in Reliquiarum fieri solet veneratione, Romæ exceptum, & Consistorio Cardinālium a Leone Papa habito, Fidei Defensoris titulum ei collatum, atque Bullam, per Nuncium eapropter singulariter delectum, illi ipsi fuisse transmissam, Gregorius Letus in Theatro Britannico, part. 3. pag. 454. memoriae prodidit: Faceva, inquiens, in questo mentre molti progressi con la sua dottrina Lutero in Germania; Henrico che si conservava nell'ambitione di rendersi l' Arbitro di tutti gli affari & interessi temporali de' maggiori Prencipi dell' Europa, per acquistar fama di formidabile al Mondo, stimò che opponendosi a Lutero, e protegendo la Chiesa, si renderebbe in Roma & appresso gli Ecclesiastici in molto credito, e d'

un nome immortale , di modo che scrisse contro Lutero , e prese per soggetto la cattività di Babylonia ; questo Libro , come venendo da un Rè , e per una causa tanto favoreuole alla Chiesa Romana , fù ricevuto in Roma con solenne Processione , come si fa delle Reliquie de' Santi , di sorte che Leone X. allora Pontefice convocato il Concistorio , diede ad Henrico il Titolo di Difensor della Fede , e gliene mandò la Bulla con Nuntio espresso : Lutero però rispose al Libro , mà satiricamente , e senza alcun rispetto al carattere Regio . h. e. Interea temporis doctrina Lutheri multos in Germania progressus faciebat : Henricus ambitione imbutus gerendi se Arbitrum omnium rerum & causarum , quæ a potentioribus Europæ Principibus agebantur , ad obtainendam in mundo formidabilis famam , opinabatur , se in magna æstimatione Romæ apud Clerum futurum , si Lutherò se opponendo Ecclesiam defenderet , Nomenque immortale se consecuturum , quod contra Lutherum scripsisset , ansam sumendo a Captivitate Babylonica : *Hic Liber* , utpote a Regia veniens persona , & in Ecclesiæ Rom. favorem scriptus ,

Rome

Romæ solenni cum Processione , qua alias Reliquiæ Sanctorum affici solent , est exceptus , ita quidem , ut Leo X. tunc Pontifex convocato Consistorio , titulum *Defensoris Fidei* Henrico dederit , hincque ipsi Bullam cum Nuncio sigillatim expedita miserit . Qua vero autoritate nixus Letus hæc talia de solenni Processione ac speciali Nuncii expeditione tradiderit , haud facile dixerim : certe apud Sarpium d. l. reperire duntaxat licet seqq. Qui liber quidem cum ad Leonis manus pervenisset , Regem de se & Ecclesia tam bene meritum , honorifico Defensoris Fidei elogio decoravit .

XII.

Quemadmodum dicti editione Libri Rex non tantum maximam apud Pontificem Rom. gratiam iniit , sed elogium etiam ab eodem retulit oppido insigne , ita aliis similiter editis libris , parem Papæ vel applausum vel remunerationem haudquam promeruit . Feliciter sane , inquiente Iacobo Episcopo Wintoniensi Præfat. in Opera Regia Iacobi Regis , quod hic a Pontifice Rex steterit . Alias eius scripta pari cum aliis virulentia traducerentur : Post enim duos

duos publicavit Libros nihil deteriores,
sive stilum, sive argumentum spectemus,
hunc, de *Auctoritate Regia contra Papam*, il-
lum, de *Concilio Mantuano* sententiam suam
exponentem: In quibus quia aliud quid-
dam spirare visus est, Pontificem non ha-
buit famæ suæ tubicinem.

XIII.

Si iam quæratur, quid Rex edito illo ad-
versus Lutherum libro, vel apud Lutherum,
vel apud alios homines effecerit? Responsio
ex producta Sarpii Historia commode af-
ferri potest ista: Nimirum Rex eo ipso nihil
aliud effecit, quam alii suis oppositionibus ef-
fecerunt; Luthero enim semper reponente, li-
bri multiplicabantur, contentionum ardor au-
gescebat, multorum curiositas excitabatur, qui
capti studio discutiendi controversias, facile de-
prehendebant abusus & errores, qui redargue-
bantur, adeoque a cultu Pontificio alieniores
sepe fiebant. Inprimis autem hæc Regis ad eam
causam accessio fecit, ut plerique in hac contro-
versia sibi non satisfacerent, imo, sicut in pugna,
Spectatorum favor ad debiliorem plurimum pro-
pendere solet, & quæ ab eo geruntur, licet me-
diocria, fiunt maximi, ita heic Adversarii po-
tentia factum, ut haberet Lutherus populum

ad

ad favendum causæ suæ , multo , quam ante , procliviorem . Quod sane de favore populi iudicium , magis pravitati , quam , ceu I. C. Beccano Notit . Dign . Illustr . Dissert . 2 . cap . 2 . § . 6 . est visum , sagacitati Sarpianæ fuerit adscribendum , quippe ut in aliis , sic in hisce etiam Lutheri actionibus , peculiarem supremi Numinis directionem adfuisse , eventus tandem , optimus magister , comprobavit . Neque eapropter illud etiam probandum erit iudicium , quod Sfort . Pallavicinus in Hist . Concil . Trid . ex Latina lo . Bapt . Giattini Soc . Ies . interpretatione attulit : Henrico Lutherus contumeliose respondit , eodem plane contemtu , quo in privatos adversarios utebatur : *qua insolens petulantia favorem illi existimationemque apud vulgus conciliabat ; quasi infra Reges non sit , qui Reges non veretur .*

XIV.

Lutherus igitur Regii Nominis splendore haudquam consternatus , aiente Sarpio d . l . pag . 18 . posita reverentia tantæ Maiestati debita , Henrico pari vehementia & verborum acerbitate respondit , qua Doctorum vulgus solebat excipere . Nimirum tradente Sleidano in Commentar . de Stat .

Stat. Relig. lib. 3. fol. 38. edit. Argent. An. 1555. in tanto numero adversariorum Lutheri, Britanniæ Rex Henricus VIII. illum etiam oppugnat, & primo quidem iudicium illius de Indulgentiis convellit, & Pontificatum defendit: post, omnem illam disputationem de Sacramentis Ecclesiæ reprehendit, sumto scribendi argumento ex libro de captivitate Babylonica. *Lutherus*, ubi cognovit, acerrime respondet, in eiusque causæ defensione, nullius hominis dignitatem aut splendorem quicquam apud eie valere, demonstrat. (*) *Epistola responsoria Lutheri extat Tom. II. Jenens. a fol. 132. usque ad fol. 148.* cuius titulus & præfatio est: Antwort teutsch D. Martin Luthers/ auf König Heinrichs von Engelland Buch. Ann. Dom. 1522. Lügen thun mir nichts/ Wahrheit schen ich nicht. Iesus. Martinus Luther von Gottes Gnaden Ecclesiastes zu Wittenberg/ allen die dis Büchlin lesen oder

(*) Merentur hic legi, quæ Cel. D. Heumanus in Pœciles T. II. Lib. IV. n. III. p. 486. sqq. de Lutheri libro adversus Regem Angliæ, erudite scripsit, coll. Ven. Coleri Bibl. Theol. Sel. T. III. p. 225. Add. Cel. D. Fabricii Centif. Luth. P. I. p. 75-78. & P. II. p. 559--562. F. I. B.

oder hören. Gnade und Friede in Christo / Amen. Non videtur autem Pallavicinus hanc Lutheri epistolam legisse , quando loc. cit. scripsit : *Hunc æmulum tam excelsum aliquamdiu reverenter , quamvis invitus , toleravit Lutherus , sed post aliquot annos illi Principi contumeliose respondit.* Sane vix An. 1521. typis excusum Regis librum natus Lutherus , sequente statim anno durius satis & intrepide eum refutavit. Et licet postea A. 1526. *Litteris deprecatoriis ad Regem missis , vehementiæ nimiæ se pœnitere asseruerit , tamen cum Lutherus sensisset , se Henricum placando non esse , ad pristina reversus , eadem vehementia , quæ prius , eum de novo impetivit , præsertim Literis illis una cum libello aliquo sub Regis nomine A. 1527. vulgatis , in quo , quia Lutherus accusabatur , quasi in Literis pallinodiam cecinisset , magnanime in libello , D. Martin Luthers Antwort auf des Königs zu Engelland Lästerschrifft / An. 1527. respondit : Ich wolte zu dem Büchlin aus grossen Hochmuth wohl stille schweigen/ wo mir nicht durch solch Büchlin/ mein Brief (weiß nicht durch wem es ist geschehen) dahin gedeutet wurde / als hätte ich pallinodiam*

nodiam gepfiffen/ das ist/ meine Lehre wi-
derrufen / das ist mir gar in feinen Weg
zu leiden : denn das gehet nicht an meine
Person (welche soll schweigen und leiden)
sondern meine Lehre (welche soll schreyen
und schmeissen) hie gebe mir Gott nur
kein Gedult noch Saufstmuth ; hie sage
ich / Stein / Stein / Stein / weil ich eine
Ader regen kan.

XV.

Ad deprecatorias Lutheri quod literas at-
tinet , eas , quod prolixiores sunt , haud
putavi esse transscribendas , qui tamen de-
siderio illas legendi tenetur , citat. Tom. III.
Ien. fol. 360. seqq. potest evolvere. Ex pau-
cis interim hic transsumtis proclive de re-
liquis iudicium fuerit ; sunt autem hæcce:
Durchleuchtigster König und Fürst. Wie-
wol ich an Euer Königl. Würde und
Majestät zu schreiben billich ein Scheu
solt gehabt haben / darum daß ich mir be-
wußt / daß ich dieselbige E. K. Würd
höchlich erzürnet und beleidigt hatte / mit
meinem Büchlin wider E. M. nicht von
mir selbs / sondern von denen dazu verur-
sacht / die es mit E. M. nicht gut meynen/
unbedächtig und eilend in Druck verferti-
get.

get. *Et post plura interiecta:* Derhalben ich
in und mit dieser Schrifft E. M. zu Fussen
falle / aufs demuthigst so ich immer kan
und mag / beyde um des Leydens Christi
und seiner Ehre willen / bittend und fle-
hend / E. M. wollen sich mir zu verzeihen
und vergeben gnädiglich finden lassen/ wo-
rinn ich jemals E. M. beleidigt habe/
wie denn Christus selbst gebeten und ge-
botten hat / einander die Schuld und Fei-
le zu vergeben. Denique verba illarum li-
terarum , ex quibus *Palinodiam doctrinæ Lu-*
theri exsculpere Henricus conabatur , sunt
ista: Wo es E. R. M. nicht entgegen wä-
re/ derselben E. R. M. ein Widerspruch
zu thun / und Ihrer Maj. Namen / durch
ein öffentlich Büchlin wiederum zu ehren/
wolt Sie mir solches gnädiglich zu verstes-
hen geben / wil ichs ohn allen Verzug wil-
lig und gern thun. Denn ob ich gleich E.
M. Hoheit zu rächen / ein verachter / nichs-
tiger Mensch bin / so wäre dennoch nicht
geringer Nutz und Fromen dem Evange-
lio / und der Ehre Gottes / daher zu hof-
fen / so mir vergönnet würde an Königli-
che Würde zu Engelland von des Evans-
gelii Sachen zu schreiben.

XVI.

An præter Iohannem, Roffensem Episcopum, alius quisquam Regem adversus Lutherum Scripto quopiam defenderit, me quidem nunc later, ab illo tamen Episcopo librum prodiisse constat, cum inscriptione hacce: *Defensio Regiae Assertionis contra Babyloniam Captivitatem, per Ioann. Roffensem Episcopum, Coloniae An. 1525. in 4.* Alias vero notari etiam potest Henrici VIII. Angliae Regis ad Saxonie Principes, de coercenda Lutherana factione, & Luthero ipso, Epistola, & ad eam Georgii Ducis Rescriptio, An. 1523. in 4. omisso impressionis loco edita.

XVII.

Enimvero ante editam illam VII. Sacramentorum adversus Lutherum Assertionem, Henricum iam novum aliquem honoris titulum ambiisse, ad æmulationem Regum tum Hispaniae, qui Catholici, tum Galliae, qui Christianissimi titulo a Pontificibus Romanis erant insigniti, eo minus erit dubitandum, quo accuratiore circumstan-
tiarum commemoratione, Regia honoris eiusmodi cupiditas a Pallavicino ex Actis Pontif. Consistorialibus est expressa in Hist.

Con-

Concil. Trid. loc. cit. quem locum, quod alia quoque præsens argumentum oppido illu- strantia in eo contineantur, non piget, inde excerptum haec tenus allatis intersere, hoc verborum ambitu: Inter hosce molestiarum aculeos, quos antecedens op- positæ spei iucunditas acerbiores reddebat, nonnihil lætitiae adspersit Pontifici singulare munus Henrici VIII. Britanniæ Regis. Hic non modo Lutheranæ hæresi aditum in sua re gna severissimis denuntiationibus interdi- xerat, sed etiam, uti iunior disciplinis ope ram dederat ad vitam Ecclesiasticam exer cendam, dum frater natu maior adhuc vi veret, ita studuit conquisita sibi literarum decora in causa tam celebri palam facere. Doctum ergo volumen in aliquot Martini erra ta lucubravit, voluitque, ut a suo Romæ Le gato in Senatu Vaticano Pontifici offerretur VI. Non. Octobris, (An. 1521.) binis hisce versi bus, qualescunque illi sint, adiectis:

Anglorum Rex Henricus, Leo Decime, mittit
Hoc opus, & fidei testem & amicitiae.

Magno hinc gaudio affectus est Leo, re non tam per se ipsam æstimata, quam ob faustum auspicium optati negotii, quod

D 2

ipse

ipse cum Henrico agitabat. ---- *Interim Leo,*
gratiis amplissime Regi actis, *Indulgentiam*
impertiit cuicunque eius librum lecturo; ipsi
vero *Auctori exoptatum ab eo titulum, FIDEI*
DEFENSORIS: quem ne quis forte per levi-
tatem concessum existimet, & quasi parvi
pretii donum, quippe tantummodo aura
sonoque conflatum, haud eisdem reticebo,
Romæ diu & accurate super eo consultum. Ete-
nim *Thomas Cardinalis Wolsey, Eboracensis*
Archiepiscopus, qui tunc non modo Re-
gi fidissimus, sed pene arbiter eius sensa
moderabatur, a Leone petierat, ut illum Prin-
cipem specioso aliquo titulo decoraret, prout ab
Apostolica Sede duo maximi Christiani
Orbis Reges. In confessu Purpuratorum
(d. 10. Iun. A. 1521.) ea petitione proposi-
ta, variatum sententiis. Alii censebant,
nullam causam adesse novi nominis confe-
rendi; alii dixerunt, a *Iulio II.* Regem Gal-
liæ titulo Christianissimi spoliatum, dona-
tumque Britanniæ Regem, uti de Romana
Ecclesia bene meritum; unde tunc etiam
videri, Regis illius studio in proscribendo
Luthero parem aliquam remunerationem
rependendam. *Varii tunc tituli excogitati,*
ceu, **APOSTOLICI**, qui minime placuit,
quippe

quippe qui , quamquam alicui prius Regi concessus , proprius Pontificis videbatur ; **PROTECTORIS FIDEI, ORTHODOXI,** vel **FIDELIS, vel ANGELICI**, alludendo ad nomen *Anglici*; quod tamen plus ioci quam decoris pro se gerebat. Consideravit Pontifex, eiusmodi titulum feligendum esse , qui ceteris Regibus offensioni non foret : atque ad eam rem commemoravit *Egidius Cardinalis Vi-*
terbiensis , conquestum Maximilianum Cæsa-
rem , ob insignem CHRISTIANISSIMI titu-
lum Regi Gallie datum ; propterea quod Cæ-
sares in publicis Ecclesiæ precibus eodem appellabantur. Nihil tamen aliud tunc de-
cretum , nisi ut Pontifex varios notaret titu-
los , scriptosque ad singulos Cardinales mitteret , quo impendentes quantum par erat opera , tan-
dem statuerent , an ex iis aliqui comprobandi , quibus cum Volseo communicatis , Rex , quem
præ ceteris mallet , eligeret . Cum vero quar-
to post mense (d. 20. Octob. An. 1521.) of-
ferretur Regis nomine ab eius Oratore lau-
datus Henrici liber in Senatu Purpurato-
rum , emicaretque in Patribus singularis
voluptas ex ea Regiæ pietatis in Fide tuen-
da significatione ; Pontifex opportunum duxit ,
de integro ibi proponere tituli concessionem . Im-

D 3

pro-

probabant plerique titulum pluribus conflatum vocibus, cuiusmodi erat DEFENSOR FIDEI, cumque maluissent qui unica voce proferretur, ceu aliorum Regum tituli; unde tres huius formæ positi & comprobati; ORTHODOXVS, FIDELISSIMVS, GLORIOSVS. Verum tamen quo maioris benevolentiae declaracione Patres Regi responderent, sancitus est titulus FIDEI DEFENSOR, si nominatim expeteretur a Rege. Illum autem Rege pente, Diploma fuit editum, unaque Literæ Pontificiæ conscriptæ, & utraque in alio Senatu recitata & comprobata. (d. 26. Octobr. An. 1521.) Adeo Rex cognomen illud exceptiit, quo aliquot annis cohonestatus, perennem impietatis infamiam sibi cumulavit eodem turpius violato.

XVIII.

Quod *Versus* libro Regis adiectos attinet, aliter eos legere licet dispositos in superiore §. 7. & aliter in præced. §. 17. Illic enim in 3. lineolas, heic in 2. sunt divisi: illic solum in dativ. *Leoni*, heic addito numero in vocativ. *Leo Decime*: illic sine expressa metri lege, heic iuxta eam collocati, quantitatis tamen ratione in voc. *Decime susque deque* habita. Cui autem præ alia acce-

accedendum sit sententiæ, non facile quis, nisi vel *αὐτός της*, vel ab eo rite informatus, pronunciaverit: Coniecturæ autem si locus esset relinquendus, tristicho primatus quin tribuendus sit haudquaquam dubitarem.

XIX.

Non tantum Reges, sed *Reginas* quoque *Angliae* titulum hunc virilem assumisse, clarum satis est ac manifestum: ita enim in historiis legitur; MARIA D. G. *Angliae, Franciae & Hiberniae Regina, Fidei Defensor: quanquam & nonnunquam titulus occur- rat iste;* MARIA D. G. *Angl. Franc. & Hi- bern. Regina, Fidei Defensatrix.* Pari & Eli- zabetha modo eum in masculino adhibuit, e. g. ELIZABETHA D. G. &c. *Defensor Fi- dei.* Aliquando tamen & *Fidei Defensatrixis* nomen eidem tributum, ut in *Literis Cleri Anglicani* ad Reg. Elizabeth. An. 1580. apud *Fuller. Hist. Eccl. cent. 16. lib. 9. f. 120.* Ratio autem cur masculino hoc titulo *Reginæ* hæ fuerint usæ, reddi solet ista, quod munus Regium gesserint; quemadmodum & in LL. *Mulier Procurator, Mulier Defen- sor, Mulier Iudex, Mulier Tutor &c.* nomi- natur, quoties illa mascula munia obit:

D 4

teste

teste Rumel. ad A. B. part. 3. diss. 2. §. 20.
Neque dubii quicquam eo nomine Reginis
illis motum , nisi quod in Hispania Archi-
episcopus Toletanus , Casp. Quiroga , & Inqui-
sidores Hispalenses , ex Religionis odio ,
cum in Elizabetha titulum non admiserint .
Sed missus illo tempore Ioh. Smithus in Hi-
spaniam , iniuriam hanc tanta prudentia
retorsit , ut gratias ab Hispano retulerit ,
qui Archiepiscopo offensior , Legatum , ut
apud Reginam dissimularet , rogavit , &^{et} at-
tributum illud admitti , severe imperavit ,
Camden. l. c. part. 2. pag. 290. seq. Quando
autem apud Guil. Camden. part. 1. Histor. Eli-
zab. Engl. Regin. pag. 2. verba reperiuntur
hæcce: *Parlamento soluto eam (Elizabetham)*
tubis clangentibus in maiori Westmonasterii Pa-
lacio , & statim in primario urbis Londini
foro , Reginam Angliae , Francie & Hibernie ,
Fideique propugnatricem faustis populi accla-
mationibus & lætissimo applausu promul-
garunt: ea non tam strictæ & in Aula Reg.
usitatæ tituli prolationi , quam vulgari &
lætabundæ gentis acclamatiōni adscriben-
dum est.

XX.

Licet Protectoris voce Defensoris notio-
nem

nem exprimi haud insolitum esse sciam, in elogio tamen Regi Angliae a Pontifice tributo, promiscue & synonymice hasce voces posse adhiberi, vel ideo illicitum, quod in examine Papali titulorum Regi conferrendorum, titulus *Protectoris Fidei*, a Cardinalibus posthabitum, atque *titulus sanctus fuerit, Fidei Defensor*: qui certe tanto magis etiam retinendus, quanto minus in titulis recedendum est ab ipsa vocum strictissima assignatione. Haudquaquam igitur Hofmanni probanda erit consuetudo, quando in *Lexic. Univ. Tom. I. voc. Leo X.* hac verborum usus est serie: *Henricum VIII. quod contra Lutherum scripsisset, Protectoris Fidei elogio ornavit.* Neque alia quam rhetorica & encomiastica a privato duntaxat homine profecta inscriptio illa censenda est, quæ in Mappæ Geographicæ Regni Angliae & Principatus Walliae dedicatione, typis John. Overton An. 1695. Londini excusa lucem adspexit, h. m. Guilielmo III. D. G. Angliae, Scotiae, Franciae & Hiberniae Regi, Religionis & Libertatis oppressæ Liberatori ac Defensori. Alias vero *Protectoris trium Regnum Angliae, Scotiae & Hiberniae titulo*

D 5

lo.

Io Olivier. Cromvellum radiasse, notius est, quam ut prolixè debeat heic exponi: An autem is ipse titulo pariter *Defensoris Fidei* unquam usus fuerit, nunc mihi est incom-
pertum; in iuramento tamen, quod in so-
lenni & publica *Protectoris* tituli assumptione
præstítit, verbis eum usum fuisse constat
seqq. Iuro, me *defensurum* omnibus viri-
bus, zelo & cura *Religionem Protestantium*
Reformatam.

XXI.

Si stricte *Pontificia Bullæ* inhærendum
sit, ordo quoque & situs vocum sancte obser-
vandus foret, atque hinc *Fidei Defensor*, mi-
nime vero *Defensor Fidei* dicendum, si au-
tem iuxta Parlamenti sanctionem colloca-
tio earum instituenda, non *Fidei Defensor*,
sed *Defensor Fidei* valeret. De cetero si
grammatice verborum ordo consideretur,
poni posse par illarum vocum arbitror,
prout numerus exegerit orationis. Hodie
sane quin utroque possit dici scribive mo-
do, nullum est dubium.

XXII.

Præter honorificum *Fidei Defensoris*
titulum Regi a Papa tributum, *Lectoribus*
insuper Regi Libri indulgentias esse concessas,
Palla.

Pallavicinus exposuit in supra adducto §.
17. pag. 16. loco, ubi inter alia hæc quoque
sunt obvia: *Leo*, gratiis amplissime Regi
actis, *indulgentiam impertiit cuicunque eius*
librum lecturo. Simile quid *Lutherus* videtur
innuere, quamvis non sine ironico dicen-
di charactere, quando cit. Tom. II. len. fol.
133. in Literis responsoriis ad Regis librum de
VII. Sacramentis An. 1522. post præmissa
nonnulla, ita scripsit: Ich höre auch sa-
gen / man habe zu Rom dem König von
Engelland ein Titel zu Lohn geben/ daß er
soll Defensor Ecclesiæ heissen / ein Schutz-
herr der Kirchen / und Ablaff austheis-
let / die sein Buch lesen. Und ich be-
stättige den Titul und Ablaff auch/ und
dündet mich des Büchlins wehrt seyn.
Aber ich gebe keinen Ablaff meinen Lesern/
und bitte Gott / daß Er mich ja nicht
lasse in der Kirchen seyn / da der König
von Engelland Schutzherr ist.

XXIII.

Nequaquam corum in sententiam pos-
sum abire, qui sibi persuadent, eundem
illum titulum Imperatores quoque Roma-
nos, causis præcipue urgentibus, adhibui-
se: præterquam enim quod non facile ex-
emplum

emplum aliquod producetur , quo simile
quid observatum fuisse posset evinci , pro-
fecto si quæ etiam afferri solent , ea sic
comparata sunt , ut non ceu distinctivum
ab aliis orbis christiani Principum elogiis
agnomen afferant , & simpliciter binario
duntaxat Fidei Defensoris vocum numero
absolvantur , sed , ceu officii characterem
declarantia , insigne *vel* veri summique ,
vel S. Christianæ Ecclesiæ , *vel* Patroni &
Advocati nominum adiectione , capiant in-
crementum . Quapropter in exemplum
usurpati ab Imperatoribus Romanis tituli
Defensoris Fidei haud recte quis adduxerit
Carolum V. quando is in Literis ad Ordines &
Status S. Imperii Doctrinæ Lutheranæ causa
An. 1521. *Vormatiæ* promulgatis , verbis
usus est seqq. Nachdem des Allmächtigen
Gottes unmäßliche Güte / zu Be-
schirmung und Mehrung seines H. Glau-
bens / uns mit viel Königreichen und Län-
den / und mehrern Macht / denn vor ma-
nig Jahren / je einen unsren Vorfahren/
am Reiche fürsehen und begabt hat . Et
deinceps ibidem : Bey den Peenen in
Päpstlicher Bußen begriffen / die Sein
Heiligkeit uns / als des Christlichen
Glau-

Glaubens wahren und öbersten Be-
schirmer / und des H. Päpstl. Stuls/
und der Röm. und gemeiner Christli-
chen Kirchen *Advocaten* / durch sein und
dasselben Stuls Orator und Botschafft / so
sein Heiligkeit deßhalben sonderlich zu uns
verordnet / zugesandt hat. *Multo minus*
Statibus S. Rom. Imperii, eo, quo Regibus
Angliae iure, hunc titulum competere af-
serendum erit, utut *in Literis ab eodem*
Carolo ad Comites Mansfeldios, Noribergæ A.
1524. exaratis verba extent hæcce: *Daß*
wir uns versehen die Stände des H.
Reichs/ als Schirmer und Schützer des
H. Christlichen Glaubens / solchem uns-
ren zu Wormbs/ mit Bewilligung Chur-
fürsten/ Fürsten und Ständen ausgegange-
nen Mandat, gehorsamlichen gelebt / nach-
Kommen / und dasselbig gehandhabt haben.

XXIV.

Ceterum antiqua aliqua tituli *Defenso-*
ris Fidei vestigia extant *in Archivis Eliensibus,*
Registro Th. Arundel, Episcopi Eliensis, A. C.
1384. ubi Rescripti Regii ad Archiepisco-
pum & Suffraganeos eius verba hoc se or-
dine excipiunt: *Nos Zelo Catholicæ Fidei,*
cuius defensores & sumus, & esse volumus,

auto-

autoritatem vobis damus ad arrestandum & in prisonis vestris detinendum, omnes errorum & hæresium prædicatores. Vid. Henr. Spelmann. Epist. Dedic. ad Carol. I. Reg. Anglie, in Tom. I. Concil. Angl. Quin e Regibus etiam Anglo-Saxonis seculo post Christum natum septimo, Osvaldum ceu strenuissimum Christianæ Fidei propagatorem, usum fuisse, Iac. Hovvel. de præced. Reg. lib. 1. cap. 1. tradidit. Ut taceam, Carolum Valesium, de quo Io. Iac. Hofmannus in Lexic. Universal. ad voc. Carol. Vales. annotavit seqq. Carolus Valesius, cognom. *Defensor Fidei*, filius Philippi Audacis R. ex Isabella Arragonia: Caput Valesiæ Familiæ, quæ regnum tenuit 260. ann. ab ann. 1328. quo Philippus, filius eius regnare incepit, usque ad ann. 1589. quo Henr. III. obiit.

XXV.

Sola Defensoris vox nescio an in cognomen Principis alicuius Christiani abierit, Alhagibum vero Regem quendam Arabum id sibi attribuisse, Rodericus, Archiepiscop. Toletan. in Chron. Hisp. lib. 5. c. 13. ostendit; Propter peccata, inquiens, Veremundi, Hispaniæ Regis & Populi Christiani, Rex Arabum

bum Alhagib se *Almanzor*, i. e. Defensorum nominari voluit: Alhagib idem est ac supercilium, quo oculi defenduntur, Almanzar autem defensio, eo quod multis victoriis gloriosus, se & suos strenue defendit.

XXVI.

Interdum vox *Catholicæ* voci *Fidei*, & vox *Acerrimus* voci *Defensoris* addita sunt, non quidem in titulo Regum Angliæ, sed in elogiis Romanorum Imperatoris & Regis Hispaniarum: Ita enim *Ferdinandus II.* in monumento quodam templi in monte albo *Bohemie*, vulgo *Weissenberg* / extrudi in memoriam victoriæ a rebellibus Bohemis reportatæ appellatus est *Catholicæ Fidei Defensor acerrimus*, prout ex Inscriptione id patet seq. Anno MDCXXVIII. d. 25. Aprilis, *Ferdinandus II. Imp. Semp. Aug. Catholicæ Fidei Defensor acerrimus, pro gratiarum actione Victoriae, contra Rebelles & Hæreticos A. 1620. d. 8. Nov. in Monte Albo obtentæ, huius sacri Templi, S. Mariæ de Victoria, primum fundamentum posuit, Urbano VIII. Pont. Max. Eleonora Gonzaga Imp. Hungariae & Bohem. Rege Ferdinando III. Archiepiscopo Pragensi Cardinali Ernesto ab Harach,*

rach, P. Henrico Generali Ord. Serv. B. Marie Virg. Sic etiam Philippus III. Rex Hisp. in quadam Epigraphe Mediolani supra fores Palatii Iustitiae, ubi sontum carceres, Fidei Catholicae Defensor dictus est, quæ exhibetur ab Octav. Boldon. in Epigraphic. fol. 17. h. m. Philippo III. Hisp. Reg. potentiss. Fidei. Catholicæ. Defensore. Imperante. D. Petr. Enriquez. Azevedius. Fontium. Comes. Externi. Belli. Victor. & Domestici. Extinctor. Invictus. Dextera. Amabilis. Sinistra. Formidabilis. Bene. Agentibus. Distributis. Præmiis. Improbis. Vero. Suppliciis. Carcerum. Fores. Regiæ. Curiæ. Obiecit. Vt. Principis. Advigilantis. Oculis. Fidissima. Sit. Iustitiae. Custodia. M.D.C.V.

XXVII.

Discrimen inter *Defensorem Ecclesiae* & *Defensorem Fidei* constituentes, id communiter arcessunt ex disticho quodam in Curia Londinensi adhuc hodie conspicuo, quod S. P. Q. L. cum *Carolus V. Imp. Henricum VIII. Reg. Angl.* visitaturus, Londonum venisset, pepigere:

Carolus, Henricus, vivant Defensor uterque,
Henricus Fidei, Carolus Ecclesiæ.

In

In cuius quidem Pentametro, contra Græcæ originis indolem, altera in voc. *Ecclesiae* syllaba correpta est, *Sedulii* forsan ad exemplum, qui eadem usus est licentia hoc in versu : *Ecclesiam pulchro Christus sibi iunxit amore.*

XXVIII.

Alias *Christianæ* quoque vocis appositionem ad nomen *Fidei* reperire licet in illis Literis, quas *Osmani Turc. Imp. Legatus An. 1618.* ad Reg. Gall. *Ludovicum XIII.* pertulit, hac cum inscriptione : *Christianæ Fidei gloriosissimo & potentissimo Defensori, Regum Antiquissimo, Nobilissimo Gentis Christianæ Arbitro, Galliarum Imperatori* : ceu quidem refert *Gabr. Barth. Gramondus Hist. lib. 3. p. m. 203.*

XXIX.

An παρόργυα dicendum sit Sleidani, quod is *Henricum Ecclesiae Defensorem* in lib. 3. de Stat. Relig. appellavit, sane dubium mihi videtur. Ut enim iam non attingam, *Ecclesiae* vocem *Fidei* nonnunquam significationem induere, cui quæso ignotum est, in narrationibus historicis generalia haud raro specialium vicem obtinere, & æquipollentia promiscue adhiberi, præsertim si

extra angustiores Curialis Styli cancellos
Historicus aliquis versetur. Qua propter
neque Mart. Luther dica scribenda erit,
quando is de Henrico Rege Angl. in Tom.
II. Ien. fol. 432. perhibuit, eum se pro de-
fensore Christianæ Ecclesiæ Fideique venditare:
Quemadmodum enim Ecclesiæ voce adiecta
defensionem Fidei uberior explicavit, ita
non tam de titulo Henrico a Pontifice tri-
buto, quam de vana Regis persuasione lo-
quitur, quod nempe Fides per se satis po-
tens ad se defendendam, alio, extra se,
haut opus habeat defensore: multo minus
etiam pro *invectiva*, aut *excessu*, parteque
abusus habenda sunt, quæ citato in loco
heroico ex spiritu profecta comparent ver-
ba serie seq. Die Schrifft saget, daß der
Christliche Glaube sey ein Fels der dem
Teuffel, Tod, und aller Macht zu stark
ist, und solche Kraft soll sich beschirmen
lassen von einem Kinde des Todes, Hilf
Gott, wie unsinnig ist die Welt. Also
rühmet sich auch der König von Enge-
land ein Beschirmer der Christlichen
Kirchen und des Glaubens: Ja die
Ungarn rühmen sich Gottes Beschir-
mer, und singen in der Litanie; *Vt nos*
defen-

defensores Tuos exaudire digneris , Du wollest uns deine Beschirmer erhören. Ach daß etwann ein König oder Fürst wäre / der Christus Beschirmer würde / und darnach ein ander / der den Heil. Geist beschirmt / so meynne ich wäre die H. Dreyfaltigkeit / und Christus samt den Glauben nicht übel versehen.

XXX.

Singulari potius erga Fidem Evangelicam Zelo , quam ausui adscripslerim temerario , quando Stephanus Potskai , Princeps Transilv. Religionis Evangelicæ Assertorem & defensorem acrem se vocavit , ceu ex titulo eius patet hocce : Stephanus Potskai divina Misericordia , Princeps Transilv. Moldav. & Valach. Dominus totius Hungariæ , & vicinarum partium , Moraviæ , Silesiæ & Stiriæ , Religionis Evangelicæ Assertor & defensor Acer , fidelis Turcici Imperii Tributarius , & abiuratus Iesuitarum & Pontificiorum hostis , Comes Zalchularum & Hettorum.

XXXI.

Licer Iul. Cæs. Bulengerus titulum Defensoris Fidei Regibus Angliæ , utpote Catho-

licam Religionem non tam defendantibus,
quam eierantibus, hodie haudquaquam
competere, adversus *I. Casaubonum* evin-
cere sategerit, & *Iacobum Angl. Regem*, non
tam *Fidei*, quam *Persuasionis suæ defensorem*,
se vocare posse contenderit, tamen *Mons-
tacutius Casaubonum* defensurus, post plu-
rima alia, retulit quoque ista: Narro tibi
*Bulengere, Serenissimum M. Britanniæ Re-
gem*, esse *Fidei tuæ*, qualis illa demum
cunque sit, si modo Fidem habeas ullam,
Scientissimum. *Fidei autem illius quæ defendi
debet*, h. e. *Fidei illius*, quæ secundum Ie-
sum Christum est, & æternam ac cœle-
stem veritatem, si quis unquam alias fuit,
 $\tauῶν \dot{\tau}ά\acute{\xi}\acute{ε}\iota$ & $\dot{\tau}ά\acute{\xi}\acute{ε}\beta\acute{\alpha}\theta\mu\acute{\omega}\nu$, ab inunctis
Regibus & inauguratis, & *Scientissimum*
& *Tenacissimum*, & *Defensorem* ac etiam
Propagatorem constantissimum. De cetero
sufficit alio licito defensionis genere hunc
titulum insignem esse, arg. l. 16. ff. de usu
& usufr. leg. *Klock.* l. *Consil.* 36. n. 2. neque
novum est, ea quæ ab initio utiliter con-
stituta sunt, durare, licet in eum casum
inciderint, a quo incipere non potuissent,
ceu patet, ex lib. 85. §. 1. ff. de Reg. l. me-
rito igitur Reges Angliæ hoc titulo, quo
prius

prius usi sunt , adhuc hodie utuntur , præ-
fertim peculiari Parlamenti decreto cum
confirmante.

XXXII.

Sed manum de tabula : plura enim , ar-
gumentum præsens illustrantia ut adhuc
afferantur , tempus in plura alia nunc par-
titum , permettere haud videtur. Interea
ut Lector benevolus præsentem hanc qua-
lemcunque opellam æqui bonique consu-
lat , sincerum meum est votum.



III.

DAN. GVIL. MOLLERI,
CENTVM DISTICHA,

Quorum initium & finis: DISCE MORI.

Prefatio Editoris.

Ungimus Dissertationi præcedenti Molle-
rianæ eiusdem Viri Cel. *Centum Disticha*,
quibus rō *Disce mori* pia , erudita grataque
variatione expressit, & quæ merito integra
in *Memoria Molleriana a Patronis, Collegis,*
Amicis, Vxore variis scriptis variis in locis ce-
lebrata,

lebrata, posterisque commendata, Altiorfi 1713.
fol. edita, (e quo scripto suam potissimum
de illo se hausisse notitiam, Apinus loco
mox citando fatetur,) pag. 36. usque ad 42.
exhibitentur. Centum hæc disticha illinc huc
transferri, operæ pretium duximus, præ-
missis hisce verbis, quæ ibidem p. 31. lego:
*Über dieses sind hundert disticha unter seinen
letzten Scripturen, deren ein iedvvedes sich
anfänget: Disce mori, vermittelst deren er
sich selbst auff seinen nunmehro erfolgten Ab-
schied præpariret, vvorauß unter andern zu
sehen, vwelch ein eiveriger Beter er gevvesen.*
Quibus verbis gemina scripsit celeberrimus
Apinus in vita Molleris, quæ in eius Vitis
Professorum Philos. Altorf. pag. 238. seqq.
extat, ubi pag. 238. Mollerum insigni animi
sanctitate hanc mortalitatem finisse, testatus,
pag. 247. hoc viro huic beato elogium dat:
*Nihil prius nihilque antiquius habuit vera mi-
nimeque fucata pietate: cuius studio excitatus,
in DEI cognitione atque cultu omnem solidæ sa-
pientiae rationem collocavit, & in rerum cœle-
stium divinarumque litterarum contemplatione
omni tempore diligentissime sanctissimeque ver-
satus est. Ib. pag. 250. refert, laudata Disti-
cha etiam 1711. 8. pl. 2. seorsum prodiisse.*

I. *Disce*

I.

Disce mori; moriens gaudebis te didicisse
Rite mori, vivens hinc bene disce mori.

2.

Disce mori, mundiq; immundi ludicra sperne,
Et vitae finem resspice, disce mori.

3.

Disce mori, doctore DEO, ductriceque Sacra
Scriptura, meditans coelica, disce mori.

4.

Disce mori, satis est, quid enim iuvat omnia
scire
Mox perituri Orbis lemmata? disce mori.

5.

Disce mori, & reliquas artes facilis quoq; disces:
Optima namque ars est unaque, disce mori.

6.

Disce mori, moriturum te didicisse iuvabit
Talia, vita hominum est vitrea, disce mori.

7.

Disce mori, namq; instabili tua volvitur aetas
Termino, & hic mala fert vel bona, disce
mori.

8.

Disce mori, moriere pie, si sis modo doctus
Ante mori in Christi vulnere, disce mori.

9.

Disce mori, quicunque cupis prensare caducam
Post vitam Coeli gaudia, disce mori.

10.

Disce mori, fluitat citius tua flumine vita,
Atque ruit cursu praepete, disce mori.

11.

Disce mori, mortem celerem persaepe minantur

Et tonitru & coeli fulmina, disce mori.

12.

Disce mori, nam cur vis discere quae nocitura
Sunt Animae vitam hanc post mala, disce

13.

mori.

Disce mori, quoties dulcis tua lumina somnus
Occludit, vel aves surgere, disce mori.

14.

Disce mori, & trutina quid feceris, atque
futurum

Quid fata olim sit post tua, disce mori.

15.

Disce mori, in Patriam cupiens migrare su-
premam

Corporis ex tristi carcere, disce mori.

16.

Disce mori, dextrum amplectens, fugiensque
sinistrum

Sulphuris & metuens tartara, disce mori.

17.

Disce mori, confide DÉO, sectare bonorum
Agmina, pravorum defuge, disce mori.

18.

Disce mori, volat ut pernix tua vita sagitta;
Non cras, ast hodie fac bona, disce mori.

19.

Disce mori, pensans durantia gaudia coeli,
Nam pereunt mundi ludicra, disce mori.

20. Disce

20.

Disce mori, est incerta dies, incertior hora
Mortis, disce igitur vivere, disce mori.

21.

Disce mori sapiens, mortemque pavescere noli,
Mors quippe est vitae ianua, disce mori.

22.

Disce mori, doctus moriendi ita in arte Magister
Coelica captabis praemia, disce mori.

23.

Disce mori, vivesque pie & moriere beate,
Nec Stygis horresces flumina, disce mori.

24.

Disce mori, si vis non exhorrescere mortem
Iudiciique DEI fulmina, dilce mori.

25.

Disce mori, doctrina isthaec tibi proderit olim,
Plura feretque tibi commoda, disce mori.

26.

Disce mori, nec poeniteat te nosse futurae
Quae prosint mortis tempore, disce mori.

27.

Disce mori, Examen tibi erit rigidum sube-
undum,
Respondere queas ut bene, disce mori.

28.

Disce mori; mage gaudebis, minus atq[ue] dolebis,
Extremo in vitae tramite, disce mori.

29.

Disce mori; venient instantे crepuscula morte
Morborum tandem tetrica; disce mori.

E 5

30.

30.

*Disce mori, vitae duces sine crimine filum,
Mens erit & recti conscientia, disce mori.*

31.

*Disce mori; ruit hora cito, peccata remordent,
Advolat & tacito mors pede, disce mori.*

32.

*Disce mori, validi dum sunt tibi corporis ar-
Aetas atque sinit florida, disce mori. (tus,*

33.

*Disce mori, nec enim poteris sic vivere, nun-
quam
Ut moriare, canon sit tibi; disce mori.*

34.

*Disce mori, disces minitania spicula mortis
Quaslibet & furias spernere, disce mori.*

35.

*Disce mori, placide vives, placide morieris,
Atque poli fies incola, disce mori.*

36.

*Disce mori, vinces insultus mortis, ovansque
Accipies victor praemia, disce mori.*

37.

*Disce mori, pulchra est exulta scientia mortis
In iuvene, & pulchra est in Sene, disce mori.*

38.

*(sus,
Disce mori, ut possis post mortem vivere rur-
Mors vitae aeternae est prodroma, disce*

39.

*(mori.
Disce mori, tua namque cito pede labitur aetas,
Et currunt anni, ceu rota, disce mori.*

40.

40.

Disce mori, tua res agitur, si coelica in aula
Expetis aeternum vivere, disce mori.

41.

Disce mori, temnens ea, quae vesana libido
Congerit in mundi peggiate, disce mori.

42.

Disce mori, ac animam saturantia pabula
quaere,
Possit ut in coelis plaudere, disce mori.

43.

Disce mori vivens, extrema mortis in hora
Tardum est velle mori discere, disce mori.

44.

Disce mori, quovis momento est ultima vitae
Expectanda tuae clausula, disce mori.

45.

Disce mori, nec praeceptis parere recusa,
Quae te sancta docet pagina, disce mori.

46.

Disce mori, impavidus miscebis proelia miles,
Morte canente truci classica, disce mori.

47.

Disce mori, effugies pravae tentamina carnis,
Vitabis Satanae retia, disce mori.

48.

Disce mori, nam tempus abit, mors advolat
ultra.

Quod debes, bene fac, fac cito, disce mori.

49.

Disce mori, lateri patulo tua crimina conde,
Respiciens Christi vulnera, disce mori.

50.

50.

Disce mori, solum constanter amabis JESVM,
Atque scies post hac omnia, disce mori.

51.

Disce mori, felix cupias si limina mortis
Transgredi, & aeterna attingere, disce mori.

52.

Disce mori, quippe inculpate vita peracta
Est recta ad coelos semita, disce mori.

53.

Disce mori, a puncto dependens ultima Vitae
Linea vel bona fert vel mala, disce mori.

54.

Disce mori, sapiens vitabis viscida carnis,
Et mundi, & satanae retia, disce mori.

55.

Disce mori, per librantis nam singula recte
Imples Philosophi munia, disce mori.

56.

Disce mori, si non vis exhorrescere mortem,
Judiciique DEI fulmina, disce mori.

57.

Disce mori, nam mors consuevit parcere nulli,
Cunctis calcanda est haec via, disce mori.

58.

Disce mori; natis quia cunctis est moriendum,
Hincque mori ut possis perbene, disce mori.

59.

Disce mori, mentem mortali e corpore quovis
Tempore prudenter surripe, disce mori.

60.

60.

Disce mori, non te praeceptor deseret unquam,
Vel Caro, vel Morbus, vel Mala; disce mori.

61.

Disce mori, post tripudians ex corporis arcto
Egreditur tua mens carcere, disce mori.

62.

Disce mori, mortem Christi meritumque re-
volvens
Devoto semper pectore, disce mori.

63.

Disce mori, mundi superatis hostibus, Aulae
Coelestis fies incola, disce mori.

64.

Disce mori, nam mors quacunque advenerit
hora
Esse tibi debet cognita, disce mori.

65.

Disce mori; morulas necunt fata ultima nul-
las,

Odit amans morulas coelica, disce mori.

66.

Disce mori, dicto citius quippe Atropos occat,
Nec vota exaudit crastina, disce mori.

67.

Disce mori, mortis Schola te instruet omnibus
illis

Quies opus extremo in limine, disce mori.

68.

Disce mori, cupiens rutilantia scandere coeli,
Terris rellictis, sidera, disce mori.

69.

69.

*Disce mori, finem mortis doctrina coronat
Humanae vitae vivida, disce mori.*

70.

*Disce mori, nae discipulos mortis decet omnes
Esse homines omni tempore, disce mori,*

71.

*Disce mori, nulla utilior, mihi crede, per o-
mnem
Est hominum vitam Regula, disce mori.*

72.

*Disce mori, vitae & doctrinae turpia nunquam
Te condemnabunt crimina; disce mori.*

73.

*Disce mori; coelum versus tua mens volitabit,
Corporis emissa ex carcere, disce mori.*

74.

*Disce mori; sursum Cor dirige, caetera sperne,
Quae terrestria sunt omnia; disce mori.*

75.

*Disce mori; doctrina tibi nam porrigit ista ec-
Coelestis vitae lampada; disce mori.*

76.

*Disce mori; disces sic toto tempore vitae
Ad mandata DEI vivere; disce mori.*

77.

*Disce mori; sic namque incognitus haud mo-
rieris
Ipse tibi, notus sic tibi, disce mori.*

78.

*Disce mori; nil vita aliud mortis nisi certo
Venturae prudens est schola; disce mori.*

79.

79.

*Disce mori; cunctis aliis Academia Mortis
Anteferenda Scholis unica, disce mori.*

80.

*Disce mori; cum sit nunc sexagesima messis
In patulo orbe tibi condita; disce mori.*

81.

*Disce mori; disces praeferre aeterna caducis
Arte polumque petes hac d[omi]ne, disce mori.*

82.

*Disce mori; integer ut, si quando citabere,
Christo*

Comparere queas Iudice, disce mori.

83.

*Disce mori; patiens patientia robora gignit,
In Christoque docet vincere, disce mori.*

84.

*Disce mori, in pietate & spe repetita placebit
Saepius haec Mortis lectio; disce mori.*

85.

*Disce mori; exemplo ut proprio plures in ea-
dem*

Arte docere queas optima, disce mori.

86.

*Disce mori, repetens studiose tum bona vitae
Tum mala transactae singula; disce mori.*

87.

*Disce mori; tua sic placide cuncta ossa qui-
escent*

In sicco tumuli pulvere; disce mori.

88.

88.

*Disce mori; quoties meditandae occasio mortis
Se obtulerit, posthaec calva ea, disce mori.*

89.

*Disce mori vivens mortalis, discere membra
Cum nequeant terris abdita, disce mori.*

90.

*Disce mori; creperi ac orbis crepitacula cuncta
Solicito passu aefuge, disce mori.*

91.

*Disce mori; Musarum est potio grata Poetis,
Gratior at mortis potio, disce mori.*

92.

*Disce mori, vitae & mortis cumulabere certe
Laetitia semper duplice, disce mori.*

93.

*Disce mori; nullum mentis vel corporis unquam
Percipies morsum aut vulnera; disce mori.*

94.

*Disce mori; poterisque animam ex hoc corpore
euntem
Rite Creatori reddere; disce mori.*

95.

*Disce mori; fuerint seu tempora forte serena,
Seu fuerint eadem nubila, disce mori.*

96.

*Disce mori; hanc artem moriendi te didicisse
Ne incassum aut frustra credito, disce mori.*

97.

*Disce mori; dum vita sinit, permittit & aetas,
Morte instantे nequis discere, disce mori.*

98.

98.

Disce mori ; calido exoritur sub pectore Virtus
Ad metam properans mascula ; disce mori.

99.

Disce mori, doctrinae huius sub tegmine tutus,
Omnia dispelles hostica, disce mori.

100.

Disce mori, caput attollens ad fulgida coeli,
Terram despicies, sidera ; disce mori.

ΔΙΑΦΟΡΑΙΩΝ ΤΕΧΝΩΝ ΚΑΙ ΕΠΙΣΤΗΜΩΝ

IV.

ΛΓΑΘΗ ΤΤΧΗΙ

DE PROBITATE
SOCRATIS SIVE MO-
DICA SIVE NVLLA EXER-
CITAMENTVM,

Ad Num. XVII. Vitembergicæ super
Philosopha Lingua habitæ A. C. ccccxx.

M. Novemb. Disputationis sue
scripsit

M. IO. BAL TASAR BERNHOL-
DVS, FRANCVS.

Anno MDCCXII.

Tom. II. Fasc. I.

F

Sum.

SVmme Rev. & Cel. huius Exerc. auctor, qui nunc in Acad. Altorf. Doct. ac Prof. Theol. Primar. & Ecclesiæ Antistitis munia præclare obit, cuiusque vitam & scripta nuper admodum succincte exhibuit vir plur. rever *Christ. Hirschius* in libro germ. cui tit. *Ministerium Ecclesiasticum Norimberg. in Vrbe & Agro Iubilans*, p. 59. sqq. *Disput. Theol.* An. 1728. M. Aug. publice habuit, qua *Charitonymi Christonymi* capita theol. de Ver. Relig. Christ. additis quibusdam scholiis iterum edidit, quæ in *Actis Erud. & Curios. Franc.* P. XVII. p. 359. sqq. recens. adiecta de scriptore illo, adhuc non satis noto, uberiori notitia. Ibi p. 34. Vener. Bernholdus *Lactantii* in *Instit. div.* lib. 3. cap. 19. (cap. 20. est in edit. Cellar.) de *SOCRATE* latum in utramque partem iudicium strictim assert. Binos post menses cum in itinere quodam publica auctoritate suscepto, Altorfii quoque ad eum inviserem, (conf. dedic. T. I Falc. V. huius Sylloges) occasione ita ferente Diff. hanc MStam protulit, facta mihi potestate, luci illum in Sylloge mea reddendi, id quod nunc demum facere licet, L. B. monendo, præter Clariſſ. *Zimmermanni Meditationem* T. XI. Amœn. Lit. n. II. insertam, & *Acta Phil.* T. I. in ind. v. Socr. conferri posse cap. 32 *vitæ Socratis Charpenterianæ*, quam e gallico in germ. sermonem transtulit *Christ. Thomasius*, qui & in præfat. promisit, se contra *Lactantii* censuram Socratem alicubi vindicaturum esse, quod num & ubi fecerit, ignoro.

Q. B. V.

Q. B. V.

PROBITATE M Socratis sive modicam, sive nullam disputaturi

I. §. VIRVM producimus in scenam, memorandum inter ἀξιολόγους &c, si plerisque, laudatoribus ipsius, adulatoribusve sit fides, unum omnium, diis hominibusque iudicibus atque arbitris, sapientissimum pariter mortaliū, & sanctissimum, integerrimum, innocentissimum. Atheniensium is Philosophus, sed Alopecensis ortu fuit, Sophronisco marmario patre usus, matre Phænareta obstetricice: qua etiam de cauffa in eorum venit censum, qui humili loco nati, & obscuro, magni evasere, ap. Valer. Maximum, III. 4. Ingenio hominem præstantiori, ac natura, quam corporis dignitate, & externi habitus fuisse, accepimus. Nec enim ipse, quæ Zopyrus de se physiognomon iudicarat, ivit inficias: nec in eo aliud, a quibus summis effertur laudibus, deprædicant, nisi quod animum præstantissimis quibusque artibus, virtutibus vitam, exercitacionibus crebris formare corpus, regere, collere allaboraverit. Ceterum a Musis non

F 2 alie-

alienum Socratem, pangendis carminibus Euripidi suam approbasse operam: Anaxagora, Damone, Archelao, aliis, præceptoribus, sermonis formatrices, & rationis artes addidicisse: rhetorices facultate multum valuisse, sed, XXX. tyrannorum lege, eam reliquisse aliis: primum de vita recte moderanda græcum differuisse: denique, nec manuarias imperite operas tractasse; lapidarii præcipue persona functum, triunas in ardua Athenarum arce charitas effinxisse laudatissimas: cicutæ vero haustu, ab ingratis civibus propinato, heroa morte insontem decessisse: &, si quæ sunt alia, in laudem eius, & memoriam solita afferri: cum apud alios leguntur perscripta omnia, tum vero, & copioso quidem sermone, edisserit Laërtia Cilix ille, Diogenes.

2. §. Quoniam ergo Socrates id spectabat unice, ut, si non esset bonus vir, videtur certe optimus: & quoniam invidendi instar elogii esse poterant, quæ, ex doctissimi Latinorum Varronis sententia, Academicarum Quæstion. primo, hunc in modum Tullius exponit: Socrates mihi videtur (id quod constat inter omnes) primus a rebus occultis, & ab ipsa natura involutus,

tis, in quibus omnes ante eum philosophi occupati fuerunt, avocavisse philosophiam, & ad vitam communem adduxisse, n. l. λ . agedum consideremus licebit, fueritne, qualis sive credi, sive esse voluit? Nimirum, qui morum sese formatorem, & exemplum stitit: vitam ut suam avidissimis oculis lustremus, nobisque aut probatam ad imitandum proponamus, aut detestandam bonis omnibus, in quantum a regio virtutum, sanæque rationis tramite aberraverat, exhibeamus. Quem quidem præfinitum nobis scopum, sic, DEO dante, feliciter nostra continget oratio, ubi nunc insignia virtutum attributa ipsi, & iure quodam vindicata decora, fuerimus largiti: nunc veram homini, solidamque morum probitatem utique defuisse, manserimus persuasi; memores videlicet eorum, quæ ad Elisabetham principem observat R. Cartesius: Magnum est discrimin inter *veras* & *apparentes* *virtutes*; nec non etiam ex *veris* inter illas, quæ ab accurata rerum cognitione deveniunt, & illas, quæ cum aliqua ignoratione coniunctæ sunt.

F 3

MEM-

MEMBRVM PRIVS.

3. §. Debetur viris doctis, & honestate
vitæ conspicuis gloria : debetur & virtuti,
si qua eius portio reperiatur in Socrate, su-
us honos. Non improbamus, quæ orato-
rum disertissimus pro T. Annio Milone sic
enunciat ; **ex omnibus** præmiis virtutis, si
esset habenda ratio præmiorum, amplissi-
mum esse præmium gloriam ; esse hanc u-
nam, quæ brevitatem vitæ posteritatis me-
moria consolaretur ; quæ efficeret, ut ab-
fentes adessemus, mortui viveremus ; hanc
denique esse, cuius gradibus etiam homines
in cœlum videantur adscendere. Ipsi illi
philosophi, etiam illis libellis, quos de con-
temnenda gloria scribunt, nomen suum
inscribunt, & in eo ipso, in quo prædicati-
onem, nobilitatemque despiciunt, prædi-
cari de se, & denominari volunt, obser-
vante Io. Claubergio, Defens. Exoter. cap.
XXXVI. 18. p. 583. Quid igitur ? Ab ipsa
comprobata natura eorum credimus do-
ctrinam, qui, cum Sam. Pufendorfio, viro
illustri, existimationis non Simplicis solum
mentionem iniiciunt, sed Extensivæ etiam,
hoc est gloriæ & honoris habendam esse
ratio-

rationem iudicant. Est enim perspicaci
vir, & amplissimo ingenio ; est, qui iudi-
candi dexteritate excellat complures, ma-
gnarum rerum scientia præstet aliis, con-
stantia item, & animi robore, eloquentia,
celeritate in agendo, & alias, possit quam
plurimum : hunc stupidis, & quos Stagiri-
tes dixit, servis naturæ lege constitutis,
plebi, ac vulgo ignobili, imperitæque mul-
titudini quis dubitet præferendum ? Est sa-
ne, quur nobilem dicamus alium, alium
communi hominum loco habeamus : est,
quur titulos aliis attribuamus, & verborum
alios cærimoniis excipiamus, alios bono-
rum civium, egregiorumve colonorum
nomine contentos esse iubeamus.

4. §. Triplex in universum nobilitatis
genus reperire est, & celebrare : Virtutis
aliam appellemus nobilitatem licet, aliam
civilem deprehendamus, aliam denique
Christianam. Quam in caussam memini-
mus non extare nihil in Becmanniana di-
gnitatum notitia pertractatum. (*) Quid
F 4 igitur

(*) Allegavit hunc Becmani locum, & pluri-
bus illustravit Cel. Reinh. Henr. Rollius in
Bibliotheca Nobilium Theologorum, Sect. I.
Cap. I. §. II. p. 7. sqq. F. I. B.

igitur opus verbis illorum demonstratam dare dignitatem, quorum DEVS pater est, propinquus DEI filius, mater sanctissimum cœlestis regni candidatorum, isque fortissimus ac integerrimus cœtus? Praclare S. Romanus martyr:

- - - - - Absit, ut me nobilem
Sanguis parentum præstet, aut lex curiæ:
Generosa Christi secta nobilitat viros,
ap. Aurel. Prudentium Clementem, hymno
VIII. περὶ στεφάνων. Ecquis virtutem no-
biles creare, ambigere sanus poterit? Quot.
quot in civitate nobilium subsellia occu-
pant, aut incluta maiorum virtute gaudie-
ant, & memoria; aut ipsi tales sese fortiter
factorum splendore ostendant, oportet, a
quibus incipere nobilium posteriorum ge-
nus laudabiliter queat. Nota utroquever-
sum Satyrici poëtæ vox est:

Ampla licet veteres exornent undique cera
Atria, nobilitas sola est, atque unica virtus.
Civilis denique nobilitas quantum sit de-
cus, quæ gloria; quid attinet dicere? norunt
id, qui se κοσμοπολίται esse intelligunt; &
verba, quibus civili nobilitate clari salu-
tantur, creberrime sonantia percipiunt, aut
leviter attendunt.

§. §.

5. §. Nempe & talium virorum, & aliorum ingenio, studio, artibus, industria præstantium cauſsa, inventus credi titulorum uſus poterat: quos, si abuſum negligas, æquissimum fuerat adhibuisse, utiliſſimumque. Nemini est ignotum, niſi cui valde multa; de titulis usurpatis, quod ad ſacri præſertim ordinis viros, hanc eſſe Maimonidis, & ſociorum opinionem: priſcis, & innocentiſſimis adeo patrum temporibus ſcripta nomina, & pronunciata nuda eſſe, quum neque repertus fuerit ullus, par ſanctiſſimorum patrum, fortium heroum, optimorum doctorum excellentiæ titulus: ad Hillelem uſque titulorum abuſum, & ineptiſſimam cum iis ſuperbiā nulla ex parte obtinuiſſe, quum uſum quoque talium nescierint mortales: temporum iſtud infelicitati tribui merere, ut, quo plus verborum, eo rerum minus, & egregie faſtorum ſit ſuper. Quod pluribus, in Abbreviaturis Io. Buxtorfius, ad Thom. Goodwin Io. Henr. Hottingerus nep., præter alios, tradunt. Negari autem non potest, DEVM ipsum ὥtitulos adaugere iis, quos honoriſ cauſſa vel ipſe nominat, vel compellari a nobis vult: namque & deorum nomine

F 5 iudi-

iudices, ac magistratus cohonestat; &, qui servis imperant, eos vocabulo multitudinis denominat; & alias honoris agnomina aliquibus superaddit. Porro magnum quondam orientis oraculum, Elischa vates ἀνθενοβάσιμως preceptor i stud: אָבִ אָבִ oceinuit: quod, non præter rem, eiusdem cum 'בְ וּ' רַב' sensus esset valoris, quando & prophetarum discipuli filiorum titulo ὑπακοέριστη κῶς τε καί ληθῶς venere, suffragio divinarum litterarum minime destitutus R. Sal. ben Melech in 'מֶכְלֵל יְהוָה' interpretatur. Et quid multis? Quanti illustrium virorum, & principum intersit, quanti etiam civium, recte & accommodate titulis uti: usus ab unde nos perdocet.

6. §. Patiamur itaque Homericum quemdam Nestora ἀνὴρ ἀριστεύειν, tum & honoribus, dignitate, insignibus, multisque nominibus ὑπερέγχον ἐμμεναι ἄλλων; modo in his pariter, ac aliis sit modus. Aureola est Hippocratis regula, quæ μέτερα πάντα commendat: atque, si umquam, auctore Seneca, omne nimium fit noxium, naturæ inimicum, ac vitium; certe titulorum plastræ vix aliam, nisi in tempore veniant, quod rerum omnium est primum, meren-

tur

tur ac postulant ἐπιγεαφήν, nisi Persii ista: quantum est in rebus inane! Sane parum philosophi salis deprehendimus in eo; qui Scholaisticorum doctorum ævo mos obtinuit, quum illuminatissimorum, subtilissimorum, invincibilium, angelicorum, Seraphicorum, & sic deinceps. ora omnium, & scripta forent plenissima; quos, cum magno Erasmo, & aliis, perbelle eam ob rem depexos dedit in Priscian. Vapul. Nicodemus Frischlinus. Tametsi enim vel talibus in fabellis & nugis sint, quæ utile quid moneant; quo modo, Io. Gersonis, viri ætate sua docti, pii, fortis, integri, quem immerito alii hæreticæ pravitatis reum volunt, Christianissimum alii vere, ut ut barbare vocitant, nomen epitheto Resolutissimi amplificatum, semper fuisse iucundum nobis, profitemur; non tamen est, ut, dum verba rerum notæ esse debent, & dum suum cuique iustitiae leges tribui imperant, inanium denominationum ineptias aut vanitati hominum, aut seculi moribus eon donanda censeamus.

7. §. Enimuero stulte faceret, qui feminam Perilla non opulentiorem, aut maiorem cum Cleopatra componeret: incaute,
qui

qui splendide luxuriantem, &, v. 772. Ly-
cophronis verbis, βασσάραν σεμνῶς πασωρέν.
ουσαν Penelopen castitatis unicum propo-
neret exemplum: imperite, qui subulco
versipellem postponeret Vlyssem; sed ne-
que rectius, opinor, phrygiæ prolem sapi-
entissimis quibusve Atticis conferemus, Ro-
mæ Pellam, Hierusalem Athenas, Chri-
stiano cœtui Ιοὺς ἔξω. Sunt, qui Christianis
putent proximos, quibus Stoicorum decre-
ta, præcepta, instituta placent; his nihil
facilius, quam referre in sanctorum nomen-
clatura Senecam aliquem, quem, ob elum-
bes sc. ac supposititias aliquot epistolas,
quas hodie in apocryphis Novi Test. scri-
ptis ab Io. Alb. Fabricio V. CL. collectis le-
gimus, Ecclesiasticorum scriptorum ordine
excludere non est ausus Hieronymus, vir
gravis, libro de Scriptorib. Ecclesiast. Di-
xerat, Neronis ævo, sapienter quampluri-
ma, vita, moribusque commendatus Epi-
ctetus, cuius ἀποΦθέγματα Arrianus asser-
tavit, non nemo etiam olim ad λόγον ἐυσε-
βειας accommodavit. Obiurgaverat crebro
Hierapolitanus homo ἀσχημονῶντας philo-
sophiæ buccinatores, parum probos, sub-
inde occinens istud: μέχει τοῦ λέγειν, ἀνευ

τοῦ

τὸν περὶ τοιούτου. Quæ quum hactenus tantum abest ut vituperemus, ut magno etiam opere laudemus: quis vero sperasset, qui Christianum somniarent Epictetum, repertum iri? quis opus fore iudicasset, ut hodieque clarissimus Groningæ litt. græcar. & artium doctor disquisitionem conscriberet de Epicteto philosopho Stoico, qua probatur, eum non fuisse Christianum? Atqui hoc ipsum Michaël Rossalius ex eo comprobatum dedit, quod Epictetus ab infensissimo Christianorum hoste Celso laudatur: Iovis Græci adorationem, deorumque cultum exigit, Enchirid. cap. LXXVII. per deos cap. XXXV. genios, fortunam, & rel. iurat: propricidium permittit; animam, communi superborum hominum errore, Dei particulam, immo deum facit; Christianis ipse vesaniam, & furentis animi ægritudinem impingit. Scripserat, vitam Aristotelis enarrans, Laërtius Diogenes: ὀνειδιζόμενός πολεῖ οὖτις πονηρῷ αὐθεώπῳ ἐλεημοσύνην ἔδωκεν. Οὐ τὸν τρόπον, εἶπεν, ἄλλας τὸν αὐθεώπον ἤλεισα. Christianorum scriptorum lingua ἐλεημοσύνην διδόναι dices; ergo virum Christianum fuisse colliges? Ita quidem vir doctus suspicabatur, sed frustra: quem vel laudibus

bus Epicuro a Diogene immoderate dictis
refelli facile, animadvertisit Ægid. Menagius, Observationib. in Diog. Laërt. libr. I.
c. 1. cui tamen rationi, per nos, plures quis
adiecerit. Platonicum fuisse Diogenem,
aliqui ex vita Platonis ab eodem scripta
colligunt: ubi valde hunc suum, platonif.
santi cuiquam feminæ, concelebrat non
Christianum. Verum tamen, annotante
iterum, ad libr. III. segment. 6. Menagio,
istiusmodi fabellis historia, in primis Pla.
tonica, varie contaminata est, vitio quo.
rumdam Christianorum, qui ex Academia
profecti, tantum sibi indulsero, ut Plato.
nem ingratias suis Christo addicerent: quum
& omnes τοῦ μεγάλου Θεῶν καὶ σωτῆρος ἡμῶν
sententias, quas & mirari, & prædicare
cogebantur, de Platonis libris defumtas esse
docerent, n. l. λ.

8. §. Sed nugas hæc opinionum portenta
esse, gerris quibusque Siculis leviores: quis
attentior paullo non videt? Et tolerabilia
nihilo secius credi poterant, si quis ea iun.
gat, quæ de marmarii & obstetricis filio iu.
dicia vel olim ferebantur, vel etiam nunc
hinc inde vigent. Homines offendimus
non unos, quorum singulis Socratis nomen
fuerat

fuerat impositum ; quatuor Diogenes noster, historicum, Peripateticum Bithynum, alium Coum , & epigrammaticum commemorat: XXXII. circiter ap. I. A. Fabricium in Græca Biblioth. recensentur ; sed nemo eorum sic fama inclutus, sic in sermonibus, animisque hominum magnus, ut Sophronisci ac Phænaretæ proles. Mirari poteramus, nisi modernos recutitos atavis nossemus progeniem vitiosiorem, hæc , ap. Io. Hoornbeccium in תשובת יהודת lib. VI. c. II. p. 435. scripsisse Menassem ben Israël: neque dubium est, quin illi quoque , qui recte de Deo senserunt, pariterque honeste, pie ac probe vixerunt, partem in resurrectione mortuorum obtinebunt ; uti sentit R. Moses Ægyptius in epistolis suis: quamvis talis aliquis fuerit ex gentilibus, uti Socrates, Plato &c. Nec aliud δογματίζει veterum istud dictum : חסידו אמות יש להם חלק לעולם הבאנו Hæc quidem ὅνδεν οὐγέσ. Quid autem super eo sentiemus, quod Iustini Martyris, viri sanctissimi & eruditissimi, Apolog. II. pro Christianis, hæc sunt verba : Οἱ μετὰ λόγου βιώσαντες χριστιανοί εἰσι, καὶ ἀ' Ἀθεοί ἐνομίσθησαν. Οἱ ιον ἐν Ἑλλησι μὲν Σωκράτης, καὶ Ηράκλειτος, καὶ οἱ ὄμοιοι αὐτοῖς. Non disputamus

tamus prolixè ea omnia : Socratem vero Christianum quo modo habebimus ? Librum Iohannis Ludovici Balzac. de vita Socratis commentantem Morhofius διπάνη laudat : quem utinam liceret nunc introspicere ! aliumque huius viri commentarium, quo mystica sanctorum doctrina , & Socratica componuntur , idem πολυίστως annotavit. Est & vir sui nominis, Petrus Poiretus , qui , libr. III. c. 13. Oecon. suæ cum cura laudibus ornat , virosque nominat divinos, Chrysippum, Diogenem, Zenonem, Antisthenem, Epicetum, quorum etiam instructus esse perfectionibus optat: Genium deinde Socratis ipsum Dei spiritum fuisse ait , cui vir sanctus subinde commendatus , ad divinam voluntatem vitam & egerit , & iniquo damnatus iudicio, cum morte fortiter commutaverit.

9. §. Qui in ista sunt hæresi , supremo Socratem & gloriæ , & nobilitatis gradu collocant : eoque promptius , si qua ex aliis capitibus desumptæ αἱ τῶν ἐπα' ινων ὑπερβολαὶ compareant , omni eum virtutis genere præstantissimum concelebrant , colunt , venerantur. Omittimus impotentes Socraticarum virtutum admiratores Platonem , &

Xeno-

Xenophontem, æmulos alioquin, & pa-
rum amicos invicem; quorum hic prolixè
satis, & peculiari opera, *ἀξιομνησόνευτα*
Socratis exhibit; iste vero nihil recte fa-
ctum, nihil scite dictum existimat, nisi So-
cratis moribus expressum, Socratis ore pro-
latum & probatum. Ciceroni is est So-
crates, qui, omnium eruditorum testimonio,
totiusque iudicio Græciæ, cum prudentia,
& acumine, & venustate, & subtilitate,
tum vero eloquentia, varietate, copia,
quam se cumque in partem dedisset, omni-
um fuit facile princeps, de Oratore, III. Ve-
ne dicamus, quæ primo de officiis, quæ in
Catone maiore, in Academicis, in Tuscu-
lanis quæstionibus, de divinatione, & hinc
inde sæpius, in eius memoriam, invidenda
virtutum præconia colligit, & confert. E-
rasmo ad Laconicam indolem proxime vi-
detur Socrates accedere, non tantum in-
tegritate morum, decretis, ac dictorum sa-
le, verum etiam tolerantia, apophthegmat.
libro III. Sectam in philosophiæ doctrina
Cyrenaicam, Eliacam, Megaricam, Plato-
nicam, Cynicam, ad Socratem refert, de
Philosophor. Sectis libro, Ger. Io. Vossius.
Quid multis?

Tom. II. Fasç. I.

G

10. §.

10. §. Magnum virum fuisse, credere tot magnis viris par est: sed ipse monumenta ingenii sui, præter discipulos, nulla reliquit: quorum plures fuere, & rel. Rigidi aliorum censoris benignissimum de Socrate I. Lipsii est iudicium, manuduct. ad Stoicam Philos. libr. I. Diss. VIII. Quumve impotens, & abiecti animi sit indicium, detrahendo aliorum famæ laureolam in mustaceo querere, & negata magnis ingeniosis decora sibi statim credere concessa; nolumus committere, ut aliquam invidiæ suspicionem incurramus, & innocuum impune allatrasse Socratem videamus.

αὐτὸν δὲ σανίδαι καὶ εὐ αἱλόης τελέθουσιν, secundum Phocylidem. Laudi non est ulli mortalium, alterius rebus macrescere optimis. Et, vulgatum licet vitium, Ascraei vatis effato, invidia est, ubi τὸν οὐρανὸν οὐρανοῦς φθονέει, καὶ χαλκέα χαλκεύς, quod ait Mœonides: fœdum tamen eadem, & immane crimen, suppliciumque, auctore Nasone, ipsa suum est. Qui igitur vel ab ingenii excellentia Socratem, vel ab incorruptis & divinis moribus commendant; illis, Intellectualium, & Moralium in homine virtutum multitudinem, velut Medusæ quod-

quoddam caput, aut Herculis scutum ob-
iicientibus, ad duo seorsim nonnulla repo-
nemus. Ac initio quidem, istud in Socrate
generatim ac universe non carpendum no-
bis sumimus, si ad unicum rectæ rationis
præscriptum vel vixit, vel vixisse perhiberi
voluit. Σωκράτης ὅντως ἀπετελέσθη, ἐπὶ πάν-
των προάγων ἑαυτὸν, μιδὲν ἀλλω προσέχων ἢ
τῷ λόγῳ. Quod his verbis de Socrate affir-
mat Enchirid. c. LXXV. Epictetus, si obser-
vasset Philosophus, magno eam ob rem
pretio a nobis haberetur merito suo, quæ
& ab omni accusationum incursu facillimo
negotio insontem defenderet. Vt cumque
sit, eum sequendam proposuisse rationem,
hoc est, liberum ab ingrato & vano opini-
onum, errorumve fuso, serenæ mentis iu-
dicium; utique laudamus.

11. §. Tum vero plurimarum ipsi rerum
scientiam, & speculationem philosopha-
rum doctrinarum, accuratioremque cogni-
tionem haudquaquam negabimus. Vero
enim nomine δαιμόνιος erat: &, cui omni-
bus vitae temporibus δαιμόνιον monitor,
quem a sciendo acquisivisse nomen novi-
mus, indefessus adfuit: quem adeo, qui
quamplurima novit, formandum sumserat

G 2 disci-

discipulum: eum vero plura aliis rerum naturalium, rerum olim gestarum, rerum ob ordinarium caussarum eventuumque nexus futurarum, percalluisse, quis inficias ibit? Accedit, quod neque Socrates ipse omnem τῶν Θεωρητικῶν disciplinam odio habuit, aut suasit contemnendam negligentiæ: namque & rhetorices facultatem sibi amplam comparaverat studio, & alios, quoad licuit, docuerat: & Geometriæ eo usque dandam operam monebat, quoad quisque μέτρῳ δύνηται γῆν τε παραλαβεῖν καὶ παραδοῦναι apud Laërtium; Vnde etiam, quum τὴν Φυσικὴν Θεωρίαν μηδὲν εἴναι πρὸς ἡμᾶς dixit: Sophistarum infensus nugis, ex hypothesi, perversam eius usurpationem, & dicacitatis sprevisse curam ac damnasse, credi per nos poterat.

12. §. Quis autem præterea indigne ferat, nisi gratiis valde invitis natus, ubi commemorari in Socratis laudibus legerit, non fuisse nullum in arte poëtica, huiusque & oratoriæ gloria pariter excelluisse? Aut, si audierit, saltasse eum & commode, & frequentius, scienterque tibiis cantasse? Ætate enim proiectior, musicæ cupidus, λυγίζειν edoctus fuit: exemplo commonstraturus

turus suo, non esse incongruum, ea, quæ quis nesciat, edoceri. Saltationes exercuit haud raro, σωμαστικὰ æstimator, quas τὴν τοῦ σώματος ἔνεξία conducere arbitrabatur. Poëleos si cultor extitit, hoc solo nomine eximii quid sectatus est, quo se DEO quam simillimum efficere potuisset; ut huc trahamus, quæ ad Sylvium fil. Iulius Cæsar Scaliger perscripsit.

13. §. Atque, ut ad summam, ubi de singulis non egerimus διαρρήδην, breviter exponamus: laudamus in Socrate, quem auctorum præstantissimorum fide admittimus, præter iam commemorata, animum invictum, ac δημοκριτικὸν, quo Critiae, & sodalibus, unus decem ducibus, Leontium Salaminium πλόουσιον ἄνδρες perempturis, ac compilaturis sese opposuit: nec improbamus generosum pecuniarum contemptum, ab Archelao Macedone, Scopa Caronno, Eurylocho Larissæo oblatarum, aut collatarum ultra a discipulis, quam ipse indignerat: neque displicet, quam in vietu & amictu adhibuisse legitur continentiam: & si quæ fuerunt in eo his non absimilia.

14. §. Denique ex omnibus, quam erga uxorem ostendit gravitatem, animique

G 3 mode-

moderationem potissimum admiramus. Bi-
nas, Diogene teste, uxores duxit, quod &
Aristoteles ait: Xantippen alteram, ex qua
Lamproclem; alteram Myrtonem, Aristi-
dis τοῦ δικαίου filiam sine dote, ex qua So-
phroniscum suscepit, & Menexenum. Lege
videlicet Athenis lata, ut, διὰ τὸ λειπανδρεῖν,
ita mariti cives fierent: ab interitu urbem
pro virili erat liberaturus. Quam posterio-
ri loco diximus feminam, probam habe-
bimus: quod nihildum nobis de ea, nisi
quod optimo patre sata fuit, constat. Xan-
tippen (**) autem quid non vehementer
dedecet? Nunc Camarinam in coniugem
movet, non ut est in proverbio; nunc cum
amicis suaviter convivantem rixis, & diris
increpationibus obiurgat: nunc edifferen-
tis in foro pallium manu prehendit, & de-
rectantem conviciis ad iracundiam, prœ-
lium.

(**) Atvero vindicias Xanthippes Cel. D. Heu-
mannus in Actis Philos. T. I a p. 103. ad 125.
scripsit; fuere tamen, quibus suam sententiam
haud approbavit; nec satis scio, num S. Rev.
huius diss. scriptor, qui hæc ante publicatam
illius feminæ apologiam, exaraverat, muta-
turus nunc sit, quod de illa hic tulit, com-
mune cum aliis iudicium. F. I. B.

liumque provocat : nihil undiquaque intermittens eorum, quæ vera comprobarent esse Simonidis ista :

Γυναικὸς ὅυδεν χρῆμα ἀνὴρ ληίζεται
Ἐσθλῆς αἴμεινον, ὅυδε πέγιον κακῆς.

Vxore nemo quid beatius proba
Tenet: est & improba nihil feralius.

Hanc quis tulisset pestem ? Socrates tulit.
quis non ad inferos hanc, & Garamantas ultimos relegatam exoptaslet caniculam ?
Xantippen Socrates tonantem largos mox immissuram imbres præscierat: quam, extra modum improbis dictis & cavillis debacchantem, cum gallinis, non nisi cantillando parturientibus, iudicabat ferendam, quod & ipsa genuinos in lucem ederet liberos.
Barbaris autem feminæ moribus sic sese aiebat uti, ut, quemadmodum exasperatos tractare equos equorum domitores artis esse censem, quo facilius mitiori indole præditos regant ; sic ipse efferos τῆς συζύγου mores ferre edoctus, cum aliis melioris animi mortalibus versari rectius posset. Quotus autem quisque est familiæ patrum, hac qui virtute virum sese præstare valeat ? Xantippen Socrates tulit, marito omni ex parte adversantem, ut & Italorum lerido aliquis

G 4 genio,

genio, iurante per canem Socrate, per fēlēm Xantippen statim iurasse crediderit, semper quippe in oppositam partem cum pervicacissimis enitentem. Sed multa satis in hominis laudem: & fortassis nimia.

MEMBRVM POSTERIVS.

15. §. Quod enim ad alteram argumentorum, ex qua laudes eius repetuntur, classem attinet, quando Christianis hominem moribus, & nunc æternæ felicitatis participationem faciunt: ea vero, ut ἐν Φημισμῷ utamur, suavia sunt vagabundæ quorundam phantasie somnia. Christianus fuerit, cui vox evangelii ignota? cui vero de DEO notitiæ nulla portio? Caium Cæsarem superbissimo insidentem folio historiæ narrant, quum deum sese, dominumque appellari & coli vellet, conspectum ab autore quodam Gallo, in cachinnos ideo effusius soluto, & altum exclamante: μέγα λίαν παρελήγεια. Quæ quis rite ad præsens accommodaret institutum. At bonus vir fuit noster, & exercitio virtutum illustrium secundus nemini?

16. §. Non vacat, nec opus est, quæ in splendidissimis infidelium operibus generaliter

tim desiderant οἱ τῶν Θεολογούντων πάσιδες,
καὶ πάνυ δόκιμοι, ut repetamus. Accurate
hæc M. Chemnitius in invictissimo Trident.
Concilii examine disputat: tum & Tubin-
gensium hodie Cancellarius, D. Io. Wolfg.
Iägerus, examinis Theologiae novæ P. Poi-
reti, & A. Bourignonie controvers. XXII.
diligenter ea, quæ & in Gentilium factis
universe, & in Socratis præcipue vita pietas
Christiana desideret, exponit. Deficiunt
namque opera talium hominum & ratione
Subiecti Operantis, & ratione Formæ mi-
rum quantum, & ratione Finalis caussæ:
nec meliorem semet gerere Socrates va-
luit, nec umquam præstítit laudabiliorem.
Quum Altorphium annis abhinc septem,
& quod excurrit, habitaremus studiorum
caussa, Io. Mich. Langium, eruditissimum
virum, & facundissimo doctorem ore au-
scultavimus. Erat ergo, quum in rem præ-
sentem hunc fere in modum ediffereret:
Præstantissima quæque, & existantiora Gen-
tilium opera sic nobis videntur ab iisdem
fieri, ut non minorem animis spectantium
ingenerent admirationem, quam quæ No-
rimbergæ quomdam edi ab automatis con-
speximus. Justam artificiosissima machina

G 5 sistē-

sistebat urbem, in qua, pro diversa regendi ratione, cuiusvis generis opifices operis suis ingeniosas admovebant manus, ferrum alius, alias lignum, corium, lapides, alia exercebat. Arte factos, & elaboratos industria artifices istos non intrinseco pectoris motu, non habita deliberatione ulla, non exquisita animi intentione, ac determinatione sua peregrisse opera, uti certum est: sic τῶν ὄντων αἰωνίου γεννηθέντων castissimi mortalium qui creduntur, iustissimi, beneficentissimi, fortissimi, ac denique Seneca **omnis**, Epictetus, Aristides, Socrates mirum in modum varie ubivis deficiunt. Si quid præclare gerant, suam spectant unice gloriam; spiritualem esse legem, non intelligunt: in exterioribus & leviculis hærent: in minimis curiosi maxima negligunt: inordinata nunc κοσμοφύλια excœcati, nunc agitati φιλαυτίᾳ, ac impulsi. Hæc ille. Sed & legi, & huc accommodari ea merebantur, quæ de ingeniose & affabre ordinatis machinis V. CL. Io. Christoph. Sturmius habet, Erotematica Physic. p. 670. & 652.

17. §. Ad Socratem ut revertamur, dicimus, non potiorem ipsi morum dignitatem

tem competere, quam quæ fuit aliorum τῶν ἀθέων, ac in Gentilismi tenebris errantium. Sed ut distinctius agatur, exponamus, amabo, paucis, quæ valde in ipsius virtutibus ἀπεροσδιόνυσα compareant. Principes quatuor virtutes philosophorum plurimi statuunt, quæ sint veluti cardines, quibus, dicente in ΣΥΡΙΖΗ I. A. Scherzero, reliquæ virtutes sustententur ceu fulcris, atque innitantur: quas si abfuisse Socrati evicerimus, nihili fuerit omnis eius morum integritas. PRUDENTISSIMVM Plato diceret, cum Xenophonte, cui dicta omnia Socratis, & facta vel Sibyllæ foliis putarentur diviniora, & heroum gloria non indigna. Quod si contra attentius paullo perpendimus, fecisse, quod mox dicemus, multa Socratem summorum, & honestorum virorum personis parum apta: mala sibi tristia pervicacem arcessisse, quæ vitare debebat, ac valebat: calamitatibus se præsentibus, quibus fas erat mediis, minime liberasse: rationem sequutus ducem & magistram vitæ, omniumque actionum credi non potest. Prudentis est, examinare factu optima, & sua curare, ut ne contemptum sibi, vel incommodum efficiens caussa existat: recte-
que

que Euripides : μισῶ σοφιστὴν, ὅστις οὐκ
αἰτῶ σοφός. Quid ad hæc Socrates? Acerri-
mum ferunt disputatorem sic dicendo in-
caluisse, ut κονδυλίζεσθαι καὶ παρεπίλλεσθαι
fuerit solitus: eoque communi adstantium
risui semet exposuisse, legimus. Aristophan-
is vero cavillatus publicos adeo non a-
moliri legitimis rationibus allaborabat, ut
laudi etiam duceret, sic a quamplurimis
internosci. Rectius innocentiam aperuisset,
si culpa caruit. Sed neque morti vicinus
horriseram fati expavescere velle faciem,
aut effugere, videri præoptabat. Oblatam
enim Lysiæ, quam defensioni hominis de-
stinarat orationem, belle quidem prescri-
ptam, sed Socrati non convenire, verum
iudiciis dicebat. Prudentiæ fuerat, vita
summo studio consuluisse.

18. §. Prudentiæ TEMPERANTIA co-
mes est, & amica maxime prudenter cogi-
tatorum conservatrix. Τὰ τῆς ἀρετῆς καὶ γε-
νεως moderatur, honestatem imperans, &
verecundiam: sobrietatis tenax, & castita-
tis: stipata mansuetudine, clementia, mo-
destia. Quod ad caput rei; Socratem mira-
mur sobrietatis nomine collaudari, ut qui
graffante per urbem dira lue, experimento
didi-

didicerit, sanitati corporis sobrietatem adhibere medicinam posse: eumdemque, violatis turpiter castitatis legibus, aversa libidine infamem deprehendi. Xenophonti quidem ἐκ τῶν ἀδυνάτων hæc esse perhibentur. Sic enim, memorabilium primo: Θαυμαστὸν δὲ Φάινετάι μοι καὶ τὸ πεισθῆναι τοντας, ὡς Σωκράτης τοὺς νέους διέφθειρεν, ὃς, πρὸς τοῖς εἰρημένοις, πρῶτον μὲν αὐθοδοσίαν, καὶ γαστρός, πάντων αὐθεώπων ἐγκρατέστατο. Fuit tamen, quam Diogenes exhibit, accusandi Socratem formula: ἀδικεῖ Σωκράτης, οὓς μὲν ἡ πόλις νομίζει Θεοὺς, οὐ νομίζων, ἔτερος δὲ καὶ αἰμόνια ἐισηγούμενος αὐθεῖ δὲ καὶ τοὺς νέους διαφθείρων. A quibus non abeunt, quæ affert in Apologia Plato, & libr. I. τῶν τοῦ Σωκράτους ἀξιομνημονευμάτων Xenophon. Non igitur incredibilia sunt Athenæi, Dipnosoph. libr. 13. ista: Σωκράτης ὁ φιλόσοφος, ὁ τῶν πάντων καταφεονῶν, τοῦ Αλκιβιάδου κάλλους ἥττων ἔστιν. Quam in sententiam, mercatoris personam mentitus, false παιδεραστὴν philosophum perstringit, & exagitat Lucianus. Ut uni insistamus Athenæi testimonio, turpiter a nostro Alcibiadem puerum fuisse adamatum, persuademur facile, sive hunc respiciamus, sive istum.

Con-

Constat enim inter omnes, ait C. Nepos, nihil illo fuisse Attico excellentius vel in virtutibus, vel in vitiis: omnium ætatis suæ multo formosissimus, virtutum pro tempore seftator, idem, simul ac se remiserat, luxuriosus, dissolutus, libidinosus, intemperans fuit: eruditus a Socrate: in eunte adolescentia amatus est a multis, more Græcorum; in eis, a Socrate, de quo mentionem facit Plato in Symposio. Quid hoc sibi vult: more Græcorum?

Non aliter Samio dicunt arfisse Bathyllo
Anacreonta Teium:

ut Epod. 14. Horatianis hic verbis utamur.
Non moramur beatissimum nunc, & clariſſimum virum, Augustum Buchnerum,
qui, hæc declarans Nepotis, rationibus du-
bio procul suis usus, quamvis impurum
Græculis amorem frequentem adscribat,
non fuisse ait amorem hunc, de quo hi-
storicus noster mox honestius loquitur, ul-
lo modo impurum. Diversum Plato in
Alcibiade, Symposio, & alias innuit faci-
leque intelligit, cui de Græcanico more,
multorum relationibus, constat. Intem-
perantia præcipuum Graiis erat vitium.
Nobilissimi Achaiæ emporii, quod iam
exem-

exemplo nobis sit, ita explicat ἔτυμον, in
Onomast. Sacro, Marthæus Hillerus V. CL.
ut videatur ipsi appellata κόρηθρος quasi
κόρης ἔνθρα. Sed & impurum Græciæ amo-
rem verba clamant, quæ in proverbia ab-
iere: λεσβιάζειν, κορηθριάζειν, græcari, per-
græcari; eorum legibus vivere, apud quos
homini adolescentulo, quin viro quoque
gravi, flagitium non erat extantiora face-
re, quam Pamphilus apud Comicum. Quid
enim, quæso, hæc manifestant Io. Constan-
tinopolitani verba: παρὰ Ἑλλῆσι καὶ οἱ σοφοὶ
ἐρωμένους ἔχοντες οὐ ψέγονται; Ita nimirum
est: Xenophontem, quem virum probum
Diogenes dilaudat, impurum idem, & in-
sanissimum Cliniæ Græcorum more ama-
torem, lib. II. introducit loquentem, stren-
uum quippe Socraticæ lasciviæ æmulum.
Platonem, præter meretriculas aliquot,
Αστέρα, Δίωνα, Φαιδρον, Αλέξιδα arsisse; i-
dem auctor est. Amatum ab Eresio Theo-
phrasto Nicomachum Aristotelis filium:
Suidas est testis. Quin etiam ipse Stoico-
rum parens, & deus, (ecquis crederet?)
ille idem, inquam, qui continentiae laude
in proverbium abiit, Suida auctore, ut ζή-
νων ἐγκατέστερος diceretur moderatione
affe-

affectionum maximus, παιδαρίος τε ἔχετο σπανίως, ἀπαξ ἦ δῆς που παιδισκάριώ τινὶ, ἵνα μὴ δοκέιν μισογύνης εἶναι, libr. VII. Diog. segmento 13. Et ipse Socrates puer Αἴγελάσου τοῦ Φυσικοῦ παιδικὰ γενέσθαι, dicebatur Aristoxeno. Nihil interest nostra, copiosius in impurissimam hanc materiam disserere. Adeo enim hoc, quod tangimus, vitium, usitatum erat Græcis, ut etiam turpe esset puero, amatorem nullum reperiri. Quamquam autem vix effugiebant probri, immo sceleris suspicionem, cum formosis adolescentulis versantes: tamen nequitiae suæ hoc quasi velum obtendebant, ut dicerent, se amorem suum non ad fœdam atque abominandam corporum commixtionem, sed ad constituendam amicitiam referre. Inde vocabant hunc ἐρωτα ἐπί Φιλίῳ. Cicero amorem amicitiae vertit: et c. scribit Cunradus Rittershusius, notis in libri III. Fabul. XX. Phædri, p. 368. ed. Amstelæd. 1698. 8. Quid tandem Socrates? Mulierum non ita fuisse curiosum, ex aliis intelligimus: quamquam Aspasia, Diotima item, femellis in ἐρωτικοῖς, quorum post eum Platonici, aliquique, seduli fuere cultores, docentibus & magistris usus est: maioribus ergo

ergo perpetrandis flagitiis aptus natus iure
credatur: imitatus, vel exemplo suo cor-
rumpens magno eos numero, quos, si ex-
taret, Aristippi περὶ παλαιᾶς τεῦφῆς libro re-
censitos inveniremus. Rursus, δαιμόνιον So-
crati fuit, de quo pañim apud Platonem,
tum & in apologia hæc ipse profatur Socra-
tes: ὑμῖν γάρ, ὡς φίλοις οὐσιν, ἐπιδεῖξαι ἐθέλω
τὸ νυνὶ μοι συμβεβηκὸς, τί ποτ' ἔννοεῖ. Ἐμοὶ γάρ,
ὡς ἀνδρες δικασταὶ, υμᾶς γάρ δικαστὰς καλῶν
οὕθως ἀν καλοίην, θαυμάσιόν τι γέγονεν. Ή γάρ
ἐιαθεῖά μοι μαντικὴ ἡ τοῦ δαιμονίου, ἐν μὲν τῷ
ἀρχέσθεν χρόνῳ παντὶ, πάνυ πυκνὴ ἀεὶ ἦν, καὶ
πάνυ ἐπὶ σμικροῖς ἐναντιουμένη, εἴ τι μέλλοιμι μὴ
οὕθως περάξειν. Νῦν δὲ ξυμβέβηκέ μοι, ἀπεξ
ορᾶτε καὶ αὐτοὶ, ταυτὶ ἄγε δὴ οἰηθέιη ἀν τις,
καὶ νομίζεται ἔσχατα κακῶν εἶναι. Ἐμοὶ δὲ οὔτε
ἔξιόντι ἔωθεν οἴκοθεν ἥναντιώθη τὸ τοῦ Θεοῦ ση-
μεῖον, οὔτε ἥνικα ἀνέβαινον ἐνταυθοῖ ἐπὶ τὸ δι-
καστήριον, οὔτε ἐν τῷ λόγῳ ὄυδαμον μέλλοντέ τι
ἔρειν. *κ. τ. λ.* Longum est, quæ super isto
dici poterant, & compilari dæmonio, ex-
ponere. De Socratis Deo fuse commentari
Apuleium, quis nescit? Balzacius fictam de
Philosophorum quorumdam dæmonibus
narrationem argutatur, quo maiori se se
venerationis gradu dignos hominibus pro-

ponerent: alia aliis placuerint. Ceterum, malos esse genios dæmonia, solide monstrat virorum optimus, Iacob. Thomasius, prima earum, quas exercitationi de Stoica mundi exustione adiecit dissertationes. Sufficit annotasse, Socraticum dæmonium esse πνεῦμα τὸ ἀνάθαγτον. Id quod & nomen ipsum loquitur: & opera, philosopho dæmoniā suggesta, clamitant.

19. §. Sequitur ἡ ὁρραλέα καὶ Φοβερὰ μεσότης. Dignissima viris actio, & nomine VIRTUTIS sæpe venire solita. Notum est, non δειλίᾳ modo, verum etiam θεασύτητα eidem hostes opponi. Nam fortis animi, & constantis est, non perturbari in rebus asperis, nec tumultuantem de gradu deiici, ut dicitur: sed præsenti animo uti, & consilio; nec a ratione discedere, sec. Cicer. I. de offic. Non ea magnanimitatem solum, & magnificentiam; sed & constantiam, & patientiam exercet. Quumque non fortis sit, sed audax, qui vel maiora humanis viribus adgreditur, vel evitare humanam superantia naturam negligit: quem reputabimus Socratem, qui & commisit brevibus Gyaris, & carcere digna, & precando iudices ad misericordiam inflextere neglexit,

xit, & palam obgannire ipsis, quasi in πενταρείω ali meritus, nihil reformidavit? Ac tametsi laudata sæpius, & lectu non iniucunda moriturus aliqua dixerit; ostendit tamen conflictatum cum dubiis animum, &, quamvis negavit, anxium: pervicacem interim, & fortitudinis gloriam, apud inconsideratos sui arbitros, affectantem. Hinc neque fortiter ab eo factum largimur, quod famam servare in posteros integrum, excedere vinculis ingloriis, sævam vitare Libitinam nihil studuerit: qua quidem re iniustus pariter, & iniquus in se met ipsum extitit.

20. §. Namque & istud prætereundum haud esse arbitramur, IVSTITIÆ nos gloriam relinquere Socrati non posse. Qui enim suum cuique tribuisse eum censeamus, qui puerorum accenseri corruptoribus metuit: quem Attici scurræ titulo, avide videlicet σκάπτοντα, Zenonis severitas iure quodam insignire potuit: qui denique non Atheniensium modo πολυθεότητα, atque δεισιδαιμονία redarguit, sed etiam neque ipse nisi parcus deorum cultor, & veræ piecatis utique expers fuit? Religionis primam haberí curam, imperat iustitia. Iam-

H 2 que

que is parum noverat supremum , & unicūm numen ; non certe admodum curarāt. Non fuit , nisi mystico Paulli sensu , ἀθεος . Atheniensium quippe deos non insipienter risit : omnem vero summi numinis sensum non excusſit , neque agnitionem ex animo suo delere potuit , qui admisit spirituum genus , deum inter hominesque medium. Quemadmodum ergo , quos Adæmonistas vocant , præposteræ sapientiæ admiratores & filii , aut ἀθεοι sunt , aut iis proximi ; sic ἀθεοι , quod ad θεωρίαν attinet , Socratem non deprehendimus. Ex Io. Audoëni sententia , nullus in infernis atheus esse potest : divino Iacobi effato diversum haud suadente. Quare nec esse talis potuit , cui cum inferno principe , quod supra monuimus , familiare fuit commercium. De reliquo , dæmoniorum , & geniorum existentiam multo imperitiores alii Socrate , & agnoverunt , & ministros dei deorum decantarunt. Ή γε Φύσις πείθει εἴναι τοὺς δάιμονας ἀγνοῦσ , καὶ τὰ κακῆς ὕλης βλαστήματα χρηστὰ καὶ ἐσθλά , si Zoroastrina consulas oracula : quæ Thomæ Stanleii Orientalis philosophiæ historiæ leguntur subnexa.

Τέτοις γὰρ μόριοι ἔισιν ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρη
sup. a. II. aθε-

Αὐτάνατοι ζηνὸς Φύλακες θυητῶν ἀνθρώπων.
Οἱ ῥα Φυλάσσουσίν τε δίκαια καὶ σχέτλια ἔργα,
Ηέρα ἐσσάμενοι πάντη φοιτῶντες ἐπ' αἰαν.

juxta Hesiodum, ἔργων vers. 250. s. Philo-
phis in rem præsentem, ex divinæ maie-
statis intuitu, ex ordinato mundanarum
rerum nexu, ex obsessorum seu ἀνεργούμενων
operationibus, & si quæ sunt similia, argu-
mentorum aliquod pondus suppeditatur,
ut antiquissimorum de finitorum spirituum
natura ac indole seculorum testimonia ne-
spernant omnia, & vilipendant. Sed dis-
putandi super istis iam non est locus. Ob-
servabimus ad extremum, & patrem quem-
dam spirituum, fontemque a Socrate non
fuisse ignoratum: & δαιμόνιον istud, quod
fortissimus Gedanensium Theologus C. F.
Bücherus Mens. Piet. XII. §. XV. demon-
strat, perditissimum, impurissimumque fu-
isse spiritum; qui eo Socratem incitarit,
ut practice atheistorum, improbissimorumve
numerus eius persona creverit; ut incanta-
tionibus ad curandos aliorum morbos usus
sit: ut præter ea cunctis fese mortalibus di-
gniorem, ac superiorem iudicaverit. Tan-
dem, quum deum plerumque tantum ame-
mus, quantum cognoscimus: verumque,

H 3

&

& τεισυπόστατον deum ab homine ψυχικῷ agnoscī posse, vel in natura universi repe-
tiri, frustra, auctoribus Theologis, B. Ke-
ckermannus, & de mente ac DEO libris P.
Poiretus assertum iverint: Socrates certe,
quem numquam novit, numquam coluit:
adeoque in officiis deo præstandis iniustus
fuit, ac veri nominis gloriam, quæ, secun-
dum Tullium III. Tuscul. Qu. bonorum iu-
diciis absolvitur, non promeruit.

21. §. Qui igitur, omissis aliis, nulla in
re veram hominis nobilitatem poni, quam
in virtute vera, inducimus animum ut cre-
damus: relicta Socratis ingenii, ac pro-
pugnatoribus, τῇ ψευδωνύμᾳ γνώσει καὶ πρέ-
ξει, usum habiti hucdum discursus nostri
reportaturos nos confidimus, memores il-
lorum ubi perstiterimus, quæ sic a P. Male-
branche de inquirenda verit. libr. II. c. II.
perscripta legimus: Cave tamen, ne cuius-
dam specie externa deludaris: nec cedas
nisi rationibus solidis: ineptiæ possunt gra-
vi & modesto proferri modo: impietates
vero, & blasphemiae pietatis pallio tegi: &
rel. Adesto & L. Annæus Seneca (***)

ta

(***) De hoc tamen Philosopho legenda, quæ
Ven.

ta beata cap. XVIII. monitor, ubi hæc in sui defensionem affert: Aliter loqueris, aliter vivis. Hoc malignissima capita, & optimo cuique inimicissima, Platonis obiectum est, obiectum Epicuro, obiectum Zenoni. Omnes enim isti dicebant, non quem ad modum ipsi viverent, sed quem ad modum vivendum esset. Quod ad Io. Cratonem perscripsit Henricus Stephanus: perlectis veterum philosophorum vitis doctiorem facilius aliquem discedere, quam meliorem posse: in Laërtio quoque Diogene Philosophorum, non Philosophicos describi mores: idem ad Sophronisci subolem, res sibi suas habere iussam, vel nunc iterum licebit, iterumque ut φιλαγαθοι accommodemus.

L. D.

Ven. Rambachius observavit in eleganti *Introductione Hist. Theol. in Epist. Pauli ad Rom. §. VIII. p. 39. sqq.* qui & p. 38. in subiecta nota, hæc lectu dignissima verba ex *Libris Symbolicis* p. 18. affert: *Philosophi conati honeste vivere, tamen id efficere non potuerunt, sed contaminati sunt multis manifestis sceleribus.* Talis est imbecillitas hominis, quum est sine Spiritu Sancto, & tantum humanis viribus se gubernat. F. I. B.

H 4

V.

V.

DESCRIPTIO VITÆ (*)
**GEORGII MICHAELIS
 CASSAI, Hungari,**

Ampl. Ord. Phil. Acad. Witteb. Assessoris.

Præmittuntur quædam de salubritate aeris in
 tractu Wittebergensi.

Sanctæ huic augustæque divinarum &
 humanarum artium sedi tam invident
 obtræctatores, ut, aerem incolarum valetu-
 dini infensum, pugnent, eumque, ex pu-
 tridis concretum rancidisque vaporibus,
 per vincere conentur. Hinc vulgare ac tri-
 tum sermone Germanico increbuit prover-
 bium, incondito quodam rhythmo com-
 prehensum, singulare prorsus fortunæ mu-
 nus esse, si quis civium Academicorum sano
 discedat corpore Witteberga. Dici non
 potest

(*) Huius Progr. fun. frontem hæc verba ornant:
 Rector Academiæ Wittebergensis IO. GO.
 THOFREDVS de BERGER, Consiliarius
 Aulicus & Archiater Regius, Ordinis Medici
 Professor Primarius, ac totius Academiæ Se-
 nior, Civibus Academicis S. P. D.

poteſt, quantum detrimenti attulerit reipublicæ literatæ vaniſſimum hoc ac detestabile opinionis commentum, quod, quaſi per manus traditum, animosque hominum, vel prudentiſſimorum, pervagatum, etiam nunc altas agit radices, ut, vix labefactari posſe, videatur. Enimvero hi, in angustias coacti, telo illud propugnare audent, ſi Diis placet, acerrimo, videlicet occurrere loca hic paluſtria, unde exhalationibus cœnōſis fœdiſque corrumperetur aer, qui omnium morborum cauſa ab Hippocrate merito habetur. Crassus ſane ut valetudini vehementiſſime adverſatur, ita indurat ingenia obtunditque, qualement Boëoticum fuile, perhibet eruditorum in vulgus ſatis nota vox, cui Atheniensium liquidus purusque ac tenuis recte opponitur, ut illi ideo haud ſecus, ac trunci ſtipitesque, hi omnis ingenii atque iudicii principes, in veterum monumentis, numerentur. Quanquam, præter cœlum, & aliiquid naturali cuiusque bono tribuendum, apte diſerit Io. Andr. Bosius, V. C. in notis ad Epaminondam Nepotis, idque clarissimorum aliquot Thebanorum exemplis, quorum patria, in Boeotia ſita, male, uti modo dictum, audiit, conſirmat,

minus dissentiente Poeta, summos posse viros,
Et magna exempla datus, vervecum in pa-
tria, crassoque sub aere, nasci. At enim si pro-
verbium illud de Witteberga convicium
maledicentissimorum hominum dixeris, di-
xeris, quod res est, eamque potius, aeris ibi
salubritatem prædicaturus, comparaveris,
quod Menander, Rhetor, præcepit, cum
Attici tractus natura longe præstantissima.
Locum profecto curandæ ac tuerendæ sani-
tati commodiorem Musarum domicilio
deligere haud potuisset divina providentia,
quippe qui montibus caret, vallibus, caver-
nis, speluncis & lacunis, ventorum, noxios
anhelitus diffiantur discutientiumq;, im-
pedimentis, solo item pingui, tenaci, udo
& uliginoso, unde exspirations oriuntur
graviter olentes, nebulæ, tempestates. Cam-
pi, non siccitate torridi, aut frigore torpen-
tes, nec nimis imbribus, aut inundationi-
bus, palustres, verum, qua orienti obiiciun-
tur soli, & sigillatim flumine, Elystro, cum
Albi permisto, alluuntur, amoenissimi salu-
brem pastum præbent animantibus, & lim-
pidissimarum scatebris aquarum abundant,
in quibus Lutheri fons, & colore crystalli-
no, & sapore delicato, augustus, longe late-

que

que celebratur. Vrbem, a meridie, Albis
præterfluit, non turbidus, aut inquinatus,
sed per purissimas arenas & sabulum volu-
tus, terram proximam, instar Nili inun-
dantis, nonnunquam fœcundat, tantumque
abest, ut, restagnantibus ex se aquis, aut
putridis, maleque olenibus, sive nitrosis,
falsis, crudis ac duris, valetudini noceatur,
ut eæ potius, in fontium urbanorum venas
redundantes influentesque, a noñullis hau-
stæ, medicamenti loco, multis quidem con-
giis, non sine voluptate, potentur. Solum
ipsum arenosum & solidum, cum primis cis
Albim, omnem exhalationum materiam
excludit, nihilque venenati, obstructo pla-
ne exitu, patitur erumpere, ac, planicie pa-
tentissima excurrens, liberum australibus &
a quilonaribus transitum permittit ventis,
neque eorum cursum, aut depressione lo-
corum nimia, aut elatione, impedit, pe-
stilentesque morbos nunquam ex se progi-
gnit. Sed quid opus est verborum anfracti-
bus, cum rerum testimonia, in hominibus
nostris, natu grandibus, iisque non paucis,
adsint, qui ipsos terminos a Davide, vate
rege, constitutos humanæ naturæ, transie-
runt, adversiorumque nugas, de diro ac
vitioso

vitoso, nescio quo, aere Wittebergensi, re ipsa exploserunt. Præter Langios, Sennertos, Fleischhaueros, aliosque complures utriusque sexus, ad seculi prope, tot millibus mortalium hodie denegati, tractum, ætate proiectos, ante oculos nunc versatur, nuper admodum vivendi munere perfunditus, GEORGIVS MICHAELIS CASSAI, Hungarus, ingenuarum artium atque literarum doctor & Sapientissimi Ordinis Professor, dignissimus, cuius vitæ initium, progressionem & exitum, ex commentariis ab ipso conscriptis, paullo diligentius repetamus. Anno instauratæ a Christo salutis CICXL, mense Aprili, in villa, inferiori Steina, superioris Hungariæ, Comitatus Bariensis, agri denique Zarnoviensis, eaque ripæ fluvii, Granii, imminente, natus optimis parentibus, Stephano Michaeli, & Elisabetha. Hi non tam ignobiles fuerunt, quin filii natalibus aliquid splendoris addiderint, utpote quorum alter dignitatem senatoris atque iudicis, apud suos, cum laude sustinuit, & in tantam venit iustitiæ opinionem, ut, ex hac, vir bonus & nominaretur, & haberetur, altera stirpis Luciniæ, pietatis sigillatim atque honestatis virtutibus,

bus, memoriam sui commendavit. Atum paternum coluit Casparum Michaelem, maternum vero Laurentium Lucinium, honoratos viros, ac morum gravitate præstantes, illum præcipue veneratus, qui cognomen suum vel a maioribus accepit, vel ex castro Michalovizio, a Thracibus postea occupato, invenit, cui aliud novumque, ex cultura agrorum, certi leguminum generis, quod Latini *milium*, Hungari autem & Bohæmi *cassa*, dicunt, feracium, adiecta a nostro litera *i*, *Cassai*, accessit, more institutoque Romanorum, qui a fructibus Cicerones, Pisones, Lentulos & Fabios, appellaverunt. Cum vero nascendi sors cum infima vulgi fece, nequissimisque communis sit, at educatio homines distinguat, id sibi negotii datum existimarunt parentes, filium domi forisque ingenue educandum, ac litteris, quibus ætas quæque impertiri debet, instituendum probe ut curarent, usi, ad hoc, opera clarissimorum, atque erudiendæ publice iuventutis peritissimorum, doctorum, in patria, Io. Gabrielis, in Zarnovia, Io. Serarii, in Vybanio, Mart. Scapalidi, eiusdemque successoris, Andreæ Saskalizky, in oppido Raiecio, Danielis Moncoviceni,

alio-

thores supra nominati de priori Conventu fileant, nemo tamen est, qui illum neget, et quamvis Janus et Layritius in prima disputatione §. VII. in dubium vocare videantur: utrum ulli articuli in Conventu priori fuerint conscripti? nullo tamen alio nituntur fundamento, quam quod nullo adhuc in loco fuerint reperti, et nondum in lucem producti; sed iamiam sunt reperi, et mox publicæ luci exponentur a Dno M. Hockero in Thesauro Antiquitatum Heilsbronniensium, et a Dno D. de Lith in peculiari Tractatu, ex promisso, Concionibus suis Iubilæis annexo; ergo de hoc membro nullum plane dubium restat.

2) Quod differunt Numero, res etiam per se clara est, nam posterioris Conv. numerantur XVII. articuli, quos recenset Dn. Frickius, et eosdem prioris Conventus articulos esse existimat, sed errat, ut ex sequentibus patebit, dum in hoc *priori* Conventu XXIII. conscripti fuere, quos in MSto perlegi, excerpti, et omnes ordine allegatos inveni a Magnifico Dno Dre de Lith, in Appendice Concionum Iubilæarum, §. III. p. 74. sicuti mox hic sequentur. Sed novum hic dubium exoritur, ex Programmate

mate Praeclarissimi Dni M. Schmidii, Rectoris Gymnasi Heilsbronnensis meritissimi, in memoriam Celebrissimi & B. Dni Krebsii promulgato, in quo inter ipsius relicta Manuscripta etiam Articuli Suobacenses recensentur numero XIX. nec diffiteor, me colloquutum fuisse cum ipso laudatissimo Dno Rectore M. Schmidio, Affine meo honoratissimo, de diverso hoc numero, & experiri optasse, quinam articuli in ipsius Manuscripto Krebsiano deficiant? et quænam detur inter eosdem differentia? sed obstitit quicquam, quod mihi non data fuerit conferendi potestas. Optandum vero omnino foret, ut ante publicationem adhuc institueretur collatio.

3) Quod Ordine etiam inter se differant, sequens docebit tabella.

I. Articuli Conventus Suobac. Prioris agunt	II. Articuli Conventus Suobac. posterioris agunt
1. De doctrina & Scriptura S.	1. De Deo.
2. De Lege divina.	2. De Incarnatione Christi.
3. De Pœnitentia.	3. De Passione Christi.
4. De Evangelio.	4. De Peccato originis. 5. De

- | | |
|--|--|
| 5. De Fide. | 5. De Iustificatione. |
| 6. De Baptismo. | 6. De natura Fidei iustificantis. |
| 7. De Cruce & Tribulationibus. | 7. De Evangelii prædicatione. |
| 8. De Ieiunio. | 8. De Sacramentis. |
| 9. De Cœna Domini. | 9. De Baptismo. |
| 10. De potestate Clavium. | 10. De Sacramento Eucharistiæ. |
| 11. De Precibus s. Oratione. | 11. De Confessione privata. |
| 12. De Bonis Operibus. | 12. De Ecclesia Catholica. |
| 13. De Libertate Christiana. | 13. De Extremo Iudicio. |
| 14. De Magistratu Politico. | 14. De Magistratu. |
| 15. De Ecclesia eiusque potestate. | 15. De Prohibitione Coniugii. |
| 16. De Ministris Ecclesiæ eorumq; officio. | 16. De Missæ abrogatione. |
| 17. De Excommunicatione Christiana. | 17. De Ceremoniis. |
| 18. De Matrimonio. | <i>Ex horum collatione patet, ne duos quidem articulos reperiri, eodem ordine sese subsequentes, ergo sequitur, eosdem ordine omnino differre.</i> |
| 19. De Libero arbitrio. | |
| 20. De Scandalo vitando. | |
| 21. De infirmis tolerandis. | |
| 22. De Traditionibus humanis. | |
| 23. De Simonia vitanda. | |

Hicse

Hicce demum annexa sunt quædam AGENDA peculiaria in visitatione ecclesiastica observanda sub titulo: CONSILIVM de rebus adiaphoris; & ORDO VISITATIONIS, a Serenissimo Marchione Brandenb. emendatus & confirmatus an. 1528. ex utroque sub fine adiungam quædam Excerpta notatu digna.

4) Quod differunt stylo, illis tantummodo cognitum est, quibus occasio contingit, priores articulos perlegendi & cum posterioribus conferendi, isti enim methodo thetica, per puras Theses in quolibet themate traditi fuere; hi vero methodo periodica, per solitas periodos conscripti sunt, sicut ipsa Augustana Confessio, ut e. g. unicum tantum in medium proferam & conferam DE ECCLESIA, ille inter articulos Conventus prioris obtinet locum XV. & ita expositus fuit, teste Dn. D. de Lith in Appendice saepius memorata, §. VII. p. 77.

1) Dass die Kirche aus Gottes Wort geboren wurde, darum soll man Gottes Wort nicht nach der Kirchen, sondern die Kirch nach Gottes Wort richten.

2) Dass das Wort Kirche zuweyerley vveiss gebrauchet wurde, einmahl heißt es eine jede sichtbarli-

barliche versammlung der Christen, darinnen allew veg gute und böse vermischt seyn; das andere mahl heisset es die verborgene anzahl der ausservehltten, darinnen kein vervorffener ist, die kan niemand sehen, sondern man glaubt sie.

3) Dass man spricht die Christl. Kirche kan nicht irren, das kan und mag von keiner äusserlichen sichtlichen Kirchen vvahr seyn, dann es ist keine sichtliche versammlung so gut gevven, man kan sie überzeugen mit Gottes Wort, dass sie geirret habe.

4) Die Christl. Kirche sey sichtlich oder unsichtlich, hat eitel Schüler, und Christus ist allein der Meister, darum hat sie keine gevvalt neue Lehre und gesätz zu machen.

Inter Articulos posterioris Conventus est XII. et ita sonat: Dass kein Zvveiffel sey, es sey und bleibe auff Erden eine heilige Christl. Kirche bis an der Welt Ende, vvie Christus spricht Matth. ult. Siehe ich bin bey Euch biss an der Welt Ende. Solche Kirche ist nichts anders, dann die glaubigen an Christum, vvelche obgenannte Articul und Stücke halten, glauben und lehren, und darüber verfolgt und gemartert vverden in der Welt. Dann vvo das Evangelium geprediget vvird, und die Sacra-
menta

menta recht gebraucht, da ist die H. Christl. Kirch, und sie ist nicht mit gesetzen und äusserl. pracht an Stätt und Zeit, an person und geberde gebunden.

Qui Articulus ita in V. Tomo Ienen-si German. D. Lutheri, et in historia Au-gust. Confessionis D. Chyträi, p. m. 24. de Confessione Doctrinæ et Fidei per D. Mart. Lutherum XVII. Articulis comprehensa; itemque in Dn. Frickii Historia Luthera-nismi p. 967. iisdem verbis continetur. Quis vero est, qui diversitatem styli et pro-positionum in una eademque materia non videat? ubi etiam plus, minus in utroque articulo reperitur. Tandem

5) Quod etiam differant Fine et Scopo, exinde clarissime probatur, quod priores articuli eo tantum fine fuerint conscripti, ut visitationi Ecclesiasticæ eodem anno in-stituendæ inservirent, quos Visitatores Pastoribus cuiuscunque Ecclesiae propone-rent, et qui illos recipere nollent, ab offi-ciis removerent, cæteri vero hanc et non aliam doctrinam in Concionibus suis po-pulo proponerent, ideoque nullo alio no-mine, quam *Articuli Visitationis* appellandi sunt cæteri vero posterioris Conventus

Tom. II. Fasc. 1.

O

arti-

articuli ex consilio B. Lutheri pro scopo ha-
buerunt, ut Status Imperii Evangelici, qui
eodem anno Protestantes appellari cœpe-
runt, et arctiori fœdere inter se uniri cupie-
bant, etiam in una eademq; doctrina con-
sentirent, ideoque *Articuli Confœderationis*,
tessera Unionis et Symbolum Consensus dicendi
merito veniunt. Idem posterioris Conven-
tus Articuli vocantur, interdum *Suobacenses*,
quia Suobaci a Legatis Saxonics et Bran-
denburgicis prima vice cæteris confoedera-
turis sunt oblati; interdum *Smalcaldici*, quia
postea anno sequenti Smalcaldiam sunt
delati; sæpius vero *Torgavienses*, quia tan-
dem D. Lutherus eosdem, iam ante Con-
ventum Suobensem d. 14. Octobr. Anni
1529. habitum, deliberato consilio ad
mandatum Electoris conscriptos, et postea
intra breve concessum spatum a die 14.
ad 20. Martii anni 1530. una cum cæteris
Theologis diligentissime revisos ad nor-
mam Scripturæ S. denuo examinatos, et in
paucissimis vocibus mutatos, (quam mu-
tationem Layrizius §. IV. Disputationis
posterioris ad oculum monstrat, vid.
Clariss. Dn. Beyschlagii Sylloge p. 1044.)
Elector Torgaviæ denuo obtulit, qui in
futu-

futuris Comitiis Augustanis, Confessionis Augustanæ fundamentum omnino fuerant, non vero priores articuli, a posterioribus etiam IPSO AVTHORE diversi, quod momentum Sextum argumenti supra deducti membrum esse potest; nam nemo in dubium vocabit, articulos prioris Conventus Suobacensis a Theologis Brandenburgicis et Norimbergensibus esse conscriptos, sicut inscriptio et expressa verba a celeberr. Dn. D. de Lith, §. II. appendicis adducta sufficienter demonstrant: multo minus quisquam in scenam prodire audebit, qui neget, B. Lutherum articulorum Torgaviensium extitisse auctorem, quod etiam Dn. Layri- zius §. V. et seqq. Disputationis posterio- ris satis superque demonstravit; ergo nemo de hac sententia amplius dubitare poterit, si veri Articuli Suobacenses proxime, uti speramus et optamus, luci publicæ expo- nentur. Quod vero Auctores pristini, et ex his Dürrius atque Rentschius, nec non An- nales quidam MS. quos celeberrimus, et de Academia Altdorffina pariter ac tota Ec- clesia Evangelica meritissimus Dn. D. Zelt- ner in Diascepsi sua Epistolica nuperrime in lucem publicam edita, p. 13. et seq. ad-

O 2 duxit,

duxit , XVII. tantum articulorum huius primi Conventus meminerint , exinde ortum esse existimo , quod primi articuli visitatorii tum temporis non adeo fuerint vulgares , Visitatoribus tantummodo inser- viverint , ad examinandos et informandos Parochos et Pastores paganos , et absoluta visitatione Ecclesiastica in scriniis Visitato- rum manserint reconditi , quemadmodum illud Onoldinum Exemplar noviter reper- tum , sine dubio Adami Candidi erit auto- graphum , quia Ecclesiae Creilsheimensis in eo mentio facta est ; quam opinionem etiam confirmare videntur verba in principio sta- tim Articulis præmissa : *Es solt vvoohl billig genug seyn, eine nützliche Visitation zu ver- ursachen, und zu instruiren, vvann man allein die Haubtstücke, davon man handeln solle, anzeigenget, nemlich also 1. von der Lehr und H. Schrift? &c.* Ergo ad instruendum tan- tum fuerunt conscripti , neque omnibus communes ; Articuli vero posterioris Con- ventus Legatis omnibus sunt communicati , multoties descripti , adeoque omnibus vul- gares , hinc facile fieri potuit , quod isti et iam primi Conventus articuli fuerint re- putati , adhæc isti Annales non statim his
ipfis

ipsis annis, sed demum post exhibitam Confessionem Aug. possunt esse confecti, ideo quoque in determinandis illis articulis eo facilius potuit errari, utpote qui re ipsa a se invicem omnino sunt distincti.

Vnum restat momentum, in hac materia Propugnatoribus adversæ sententiae, ut illud probe perpendant, proponendum, si forsan in id essent intenti, ut Theologis Brandenburgicis & Noricis peculiarem conciliarent honorem, si eosdem articulorum Suobacensium, qui postmodum etiam Torgavienses & ipsum fundamentum A. Conf. facti fuissent, authores extitisse demonstrarent, ipsi autem concederent, primum istum horum Theologorum laborem, prius, quam publicaretur, Theologis Saxoniciis & Hassiacis fuisse communicatum, ab illis satis diu retentum, ut etiam visitatio Ecclesiarum serius institui debuerit, si deinde ex instituta collatione deprehenderent, primum illorum conceptum a Theologis extraneis in multis fuisse mutatum, imo totum ita immutatum, ut neque numerum, nec ordinem, nec stylum, imo ne unicam quidem lineolam retinuerint, sed prorsus alios, illos scilicet XVII. articulos substitu-

O 3 erint,

erint, qui & in posteriori Conventu Suobacensi & demum Torgaviæ etiam oblati fuerunt, utrum hoc ipsis honori ducendum sit? an non? Ego crederem potius, Theologos istos ad Suobacensem Conventum primum delegatos, ex scriptis Lutheri ab aliquot retro annis ita in vera Evangelii doctrina fuisse imbutos, ut aliena cooperazione ipsis non opus fuerit, licet aliorum approbationi suas Theses submiserint; ne dicam, articulos visitationis Saxonicae, iam anno præcedente 1527. typis vulgatos, ipsis equidem fuisse cognitos, nec tamen in hoc negotio adhibitos: ita persuasus etiam sum, neque B. Lutherum eiusque Collegas in conficiendis articulis XVII. posterioribus, neque Melanchthonem in componenda Aug. Confessione hos priores articulos usurpare, quia plures loci Theologici in his continentur, inter Evangelicos & Pontificios maxime controversi, & in illis articulis prorsus omissi, e. g.

Primus de Doctrina & Scriptura ita proponitur:

1) Dass alle Lehre entweder Gottes geäußtes und H. Wort, oder aber ungeäußerte Menschen-

schen-Sazungen, gutdüncken und eigene Fund
sind.

2) Daß die Christl. Kirche, durch das ge-
vvisse vvhahre Wort Gottes gebohren, erhalten
und seelig Werde.

3) Daß Gottes gevvisse vvhahre Wort, so
viel uns zur Seeligkeit noth ist, in der H.
Schrift vollkommenlich und also begriffen seye,
daß sie Menschliche Zusätz nicht bedarff.

4) Daß die H. Schrift, Wo sie uns un-
fers schvvachen verstands halb dunkel und
finster seyn beduncket, durch sich selbst (einen
orth gegen den andern gehalten) ausgeleget
vverden solle.

5) Daß die H. Schrift fürnemlich in sich
hält, die zuvey Testament, altes und neues,
das ist gesätz und Evangelium.

6) Dass man das .gesetz nicht allein in
Mose und der Propheten büchern, auch das Eu-
angelium nicht allein in der Evangelisten und
Apostel Schrifften suchen soll, sondern das ge-
sez sey, vvo Gott ernstlich gebietet, vvas vvir
Jhm zu gefallen sollen thun; und das Euange-
lium sey, vvo Gott freundlich anzeigen, vvas
vvir uns zu ihm, als seine lieben Kinder sollen
versehen.

Vltimus de Simonia vitanda sic sonat:

1) Simoney ist geistl. Gütter begehren zu erlangen, um Geld und Gelds-vverth, oder dieselben um Gelds-vverth zu verkauffen.

2) Dass alle, die Simoney treiben mit ihrem Geld, vvie Simon verflucht seyn.

3) Dass geistl. Gütter seyn, Gottes Wort, Vergebung der Sünden, H. Geist und seine Gaben, Christl. Gebeth, und alles vvas die christl. Gemeine der Seelen zu gut hat.

4) Dass eytel Lügen seyn, dass der Pfaffen - - und - - (ob literarum vetustatem plenarie legere non valui) sollen geistl. Gütter seyn.

5) Dass der Pabst Simoney treibet, und verflucht ist, vvanne er Ablass um Geld verkauft.

6) Dass alle die Ablass kauffen, Simoney treiben, und verflucht seyn.

7) Dass die Bischöffe, Pfaffen, Mönchen, Nonnen, Simoney treiben, die gute Wercke, Verdienst, Brüderschafften, Vigilien, Seelmeßen, vvanne sie schon sonst recht vvären, um Geld, Güld, Stiftungen verkauffen, und dass alle die solche stiftten und kauffen, auch Simoney treiben.

Si vero

Si vero celeberrimi isti Theologi Suobacenses, Rurer sc. & Weisius, Osiander & Schleupnerus, ullo auxilio adiuti essent censendi, meliori iure id attribui posset disquisitioni illi Theologicæ articulorum XXIII. quos quatuor retro annis Marchio Casimirus, Georgii Pii frater, anno 1524. Theologis suis ventilandos proposuit, quosque, inter cæteros, *Ioannes Schopperus*, t. c. Heilsbronnensis Cœnobii Prior, postea Abbas, nomine Abbatis sui Iohannis Wenckii, inter crassas adhuc errorum tenebras, sat orthodoxe et perspicue exposuit, uti testatur Praëclarissimus Dn. M. Hockerus, in Diff. sua Iubilæa de hoc Schoppero h. a. habita, §. 5. eiusque responsa in Appendice Thesauri Antiquit. Heilsbronnensium communicare promisit. Perlustravi etiam hos Articulos, & observavi, eosdem quidem cum Suobacensibus convenire numero, sed & ordine, & materiarum varietate inter se plurimos differre. Sunt eterim isti sequentes:

I. De numero Sacramentorum, an sint 7. an 3.
an 2.?

II. De confessione omnium peccatorum auriculari, an sit necessaria?

III. De casibus reservatis Pontificis, & Episcoporum, an tales dentur?

O s

IV.

- IV. De Indulgentiis quid statuendum?
- V. De Communione S. Cœnæ, an sub una, an sub utraque illam dispensare licet?
- VI. De *αρτολατεριᾳ*, ob das Sacrament in der Monstranz soll herrumgetragen, oder im Sacrament-Häuslein eingesperret werden?
- VII. De Missis, Vigiliis & Horis Canonicis, quid statuendum?
- VIII. An Missæ lingua Latina, an Germanica utilius celebrentur?
- IX. Annon Baptismus Germanice administrandus fit?
- X. De Matrimonio Clericorum, der Evangelier und Epistler an illis concedendum fit?
- XI. De gradibus matrimonii prohibitis, quinam sint?
- XII. De votis monasticis an possint tolli?
- XIII. De ministerio Ecclesiastico & potestate clavium.
- XIV. De fide salvifica, an sola iustificet?
- XV. De viribus liberi arbitrii in spiritualibus.
- XVI. De intercessione sanctorum demortuorum
- XVII. De usu imaginum, an sint adorandæ?
- XVIII. De adiaphoris ceremoniarum.
- XIX. De fériis & iejuniis sub excommunicationis fulmine mandatis.
- XX. De iejunio dierum ♀ & ♂ quid statuendum?
- XXI. De vera Ecclesia, an sit congregatio fideliū visibilis an invisibilis?
- XXII. De traditionibus Pontificum & Conciliorum.
- XXIII.

XXIII. De Iudice Controversiarum, an sit Papa,
an Scriptura?

Cum igitur quemlibet Theologorum Brandenburgicorum, etiam illos, qui Suobaci comparuerunt, ad hosce articulos responderem oportuerit, sufficientem ii nacti sunt occasionem, per quatuor subsequentes annos, usque ad Conventum Suobacensem, ulterius in hanc materiam inquirendi, et veram fidei doctrinam meditandi, quo facto magis magisque idonei ad arduum illud negotium facti sunt. Et quia praeter CREDENDA multa etiam continentur AGENDA in hisce articulis Casimirianis, hinc Visitatores meritissimi suis articulis Suobacensis simul agenda ecclesiastica subnexuere, tanquam consilia circa adiaphora, et sub titulo ordinis visitatorii a Serenissimo Marchione Georgio emendati et confirmati, in quibus agenda etiam continentur, uti ex sequentibus paucis excerptis patebit:

I. Rath, von etlichen freyen Dingen:
Ob man teutsch, oder lateinisch in der Kirchen
tauffen, lesen und singen soll?

R. Es ist frey, darum soll man vvas nutz ist, thun, teutsch tauffen, Epistel und Evangelia, auch den Glauben vvo mans kan, teutsch lesen

lesen und singen, das andere sparen, biß es mit einer Geschicklichkeit geordnet vverde, und über diß, ohne der Obrigkeit vvissen, nichts anrichten. Wo aber vor mehr teutsche gute Gesäng im Brauch vvären, soll mans nicht vvieder abthun.

Ob man das Sacrament soll einsperren?

R. Es ist auch frey, darum soll man das nutzlichste thun; das ist, vvo es die Schvvachen nicht ärgert, soll mans nach guter Vnterrichtung unterlassen und abthun, dann es dienet vveder dem Glauben noch der Liebe. (Hæc, et quæ de ædicula Sacramentaria, Sacrament-Häusslein, ibidem habentur, Magnif. Dn. D. de Lith Appendixi suæ sæpius dictæ cum adiecta annotatione inseruit, § X. p. 80.)

Von Bildern: ob man Bilder mag abthun?

R. Es ist auch frey; Bilder aber anbeten, ist verbotten, darum soll man in der Predigt davor vvarnen, aber Bilder seyn frey. Darum wäre gut, daß man die Bilder, die etvvas gutes anzeigen aus der Schrift, ließ bleiben. Aber die Bilder, die nichts nutz seyn, als daß man anbetet, und Lichter dafür brennet; auch die nichts aus der Schrift, und nur erdichtete Legenden anzeigen, ist die Obrigkeit alle vwohl schuldig abzuthun, als Abgötterey und falsche Predigt zu vvehren, den Dienern gehöre nicht zu.

Man soll auch einen jeden mit fleiß vernehmen, wie er die X. Geboth, Vatter unser und

und den Glauben verstehe, und auslege, und so ihm daran mangelt, unterrichten, darzu sich viel nöthige Stück hierzu nicht gemeldet finden vverden.

Vnd vvievvohl man viel möchte vor überflüssig ansehen, kan sich doch vvol zutragen, dass man dieser Stück aller, vvie vvoohl mehr an allen Orten vvird bedörffen, das gehöret nun den Visitatoren zu ermessen.

*II. Ordnung der Visitation, uvie es in
den Kirchen gehalten vverden soll, als die
durch meinen gnädigen Herrn auf dem Ge-
bürg corrigiret ist a. 1528.*

Von der Tauff:

Die Prediger sollen das Volck gütl. unterweissen, so die neugebohrnen Kindlein durch die Eltern und Hebammen also starck erkannt und befunden würden, dass sie ohne sonderbahre fährlichkeit der Tauff, bis auf den nächsten Feyertag darnach, zu der Mefs oder Predigt erwarten können, dass dann daselbst darum bestehen mag, dass solche Tauff in Gegenwärtigkeit dieser mehr Volcks geschehe, und also dieser stattl. Fürbitt gegen Gott dem Kindlein um rechten wahrhaftigen Glauben gethun werde. Jedoch, wo die Eltern oder Hebammen befunden, dass Fährlichkeit mit einem Kind darauf stündte, also dass es mitler Zeit ungetauft sterben mögte, so sollen sie auf keinen Feyertag verziehen, sondern davor in die Kirche tragen, etc.

Kin-

Kinder-Lehr.

Catechismus, das ist Kinder-Lehr, neml. die 10. Geboth, Vatter unser und Glauben, soll aufs wenigste alle Wochen einmahl etwas davon gelehret werden, und dass solches zur Stundte, die einer jegl. Gemein am füglichsten seyn wird, geschehe.

Hæc omnia plenius planiusque oculis nostris exponentur, quando tractatus supra memoratos mox aspicere nobis licebit; interim mentis meæ sententiam ad petitum tuum paucis hisce explicavi, et sicuti argumentis supra allatis convictus; ita etiam hic sincere confessus sum, si vero aliter fuero edoctus, aliter sentiam. Datum e Museo, d. 4. Non. Oct. 1730. (*)

XII.

OBSERVATIO EDITORIS

AD PRÆCEDENTEM DISS. EPIST.

Recolueram, consilio haud malo, & instituto eiusmodi, quod & aliis deinceps placuit, triennio abhinc, medio mensis Iunii, memoriam Conventus Suobacensis prioris bis-sacularem,

(*) Quæ supra p. 203. ad hanc diss. sub finem eius me annotaturum esse, promisi, ea in sequentem sectionem reiicienda putavi.

rem, paucis ea de re observationibus quarto
Sylloges meæ fasc. n. VII. p. 825. sqq. insertis.
Rentschii p. m. Theologi & Professoris Baru-
thini laudabile exemplum secutum me esse, dixi
p. 832. sqq. qui quinquaginta ante annos eius-
dem Conventus sesqui-secularem resuscitave-
rat memoriam, habitæ solemni panegyri Ora-
tione illa, quam sub titulo: Iubilæus Burg-
grafiatus Norici, editam quoque ab illo esse,
constat, ibidemque & ipse memoravi. Perti-
net quodammodo, ut hoc obiter moneam, di-
ctum exemplum, cuius rationes in præfixo pro-
grammate nonnihil exposuit, ad illustrandum
illud argumentum, quod in peculiari ad Vi-
rum max. rever. I. C. Colerum, (cui nuper
collatum Concionatoris Aulici Vinariensis mu-
nus, pro ea, qua erga hunc virum celeberrimi-
num, nostrumque inde a sex annis autorem
honoratissimum, ferimur observantia, hac oc-
casione publice gratulamur,) a. 1730. exarata,
typisque excusa, pereleganti, de Iubilæis ab Eu-
angelica Ecclesia quinquagesimo quoque anno
iustius celebrandis, epistola, adumbravit po-
tius, quam iuste enucleavit, summe itidem ve-
ner. & eruditissimus nobisque & ipsis faven-
tissimus, D. C. A. Heumannus. Recensetur hæc
ipsius epistola a laudato Colero in Suppl. Bibl.
Theol. Sel. P. IV. p. 283. sqq. admixtis aliis eru-
ditis observationibus, quibus, occasione verbo-
rum Ovidii, quæ ex Epist. Heum. (fol. 3. b.)
ibi p. 284. sq. excerpta leguntur, ubi Trist. II.

26. de ludis sacerdotalibus canit: quos ætas adspicit una semel; hanc veterum præconum formulam adiicere liceat, qua, ad spectandos & celebrandos illos ludos, Populum Romanum excitarunt: Ut convenias ad spectaculum, quod neque vidisti antea, nec visurus postea es! vid. S. Ven. D. E. S. Cypriani Hilar. Evang. p 695. a. Sed redeo ad id, unde discessi. Aliquo interiecto tempore Dissertationes Iano-Layritianas de Articulis Suob. Aug. Conf. fundamento, in Fasc. V. sect. III. & IV. recusas dedi, in quibus & de utroque Conventu Suob. fusè agitur; vidique paullo post Cl. Schülinum in vita Georgii Pii, §. XX. usque ad XXV. idem argumentum, deque Articulis Suob. disceptationem, haud parum dilucidasse, unde in Supplementis ad Tomum I. p. 1121. illius mentionem commodum quidem, sed, ob spatii angustiam, paucis tantum verbis, iniicere potui. Incidit deinde ista mea exigua collectio in manus Cel. M. Oederi, designati tunc Rectoris Ill. Gymnasi Onoldini, cuius & moderamini post breve intervallum præfectus est, qui literis ad me suis, 30. Iul. præteriti anni, præter alias observationes, hunc quoque ad illustrandam dictam sæpe materiam aptum, nec contemnendum b. Val. Alberti locum, inseruit, præmissa alia quadam annotatione, quæ sicut mihi iucunda accidit, sic nec aliis ingratam fore, spero. En ergo tibi B. L. ipsa huius Viri doctissimi, pace quidem illius, verba inde excerpta, & hoc modo profluentia:

„Non

Non male tu notasti p. 986. non Ludovi- „
cum Hungariæ regem, qui nec avunculus „
Georgii Pii, sed amitus fuit, Fægerndor- „
fensem ducatum concessisse Georgio, quam „
quam confirmatum esse eundem ducatum ab „
illo Ludovico eidem Marchioni, dubitari ne- „
quit. Sed cur Ladislaum tu appelles, quem „
alii Vladislaum, ἐπέχω. Nomina utique vi- „
dentur diversa esse. De articulis Suobacen- „
sibus Fani argumentum non est idoneum: „
oportere, si extarent, in tabulariis Marchio- „
num esse. Sunt, ut boni viri perhibent, in „
nostro archivo, sed paucis concessso aditu, e- „
diti nondum sunt ex αὐτογεάΦῳ. Ad Rent- „
schii et Durrii verba, p. 1004. a Te recitata, „
addiderim illustrem locum Val. Alberti in „
der auf Churfürstlichen Sächsischen Befehl „
gemachten gründlichen Widerlegung eines „
Papistischen Buchs auf Befehl Hrn. Graf- „
fen von Collonitsch &c. p. 298. verba, si for- „
te tibi ad manum liber non sit, describam. „
Zum andern vvirfft er p. 105. der Aug- „
spurgischen Conf. vor, dass sie aus dem Steg- „
reif auff eilender Post gemacht vvorden, „
und darum von keinem Ansehen seyn könnte, „
allein sein Correspondent Forerus, auf den „
er sich beruft, hat ihn diss-vvie allemal be- „
trogen. Denn die erste Zubereitung ist all- „
bereit an. 1528. gemacht vvorden, als der „
Löbl. Marggraff zu Brandenburg Georgius „
zvvischen den Brandenburgischen u. Nurn- „

„bergischen Theologis zu Schuvvabach eine
„Zusammenkunfft veranlasset hatte, allvvo
„dazumal schon der Fnhalt unserer Lehre in
„XVII. articul abgefass̄t, und dem Churfür-
„sten zu Sachsen auch dem Landgraffen zu
„Hessen überschicket, und von ihnen ihren
„Theologis zu fernerer Vberlegung überge-
„ben vvorde; Welche denn Lutherus, als
„er an. 30. im Mertz die Augsp. Confess.
„in seinen XVII. articuln kurtzlich ent-
„vvorffen, ohne Zvveiffel vor Augen gehabt
„und gebrauchet. Worauff im April selbi-
„gen Fahrs von Melanchthone etc. „ Hacte-
„nus verba Alberti, quæ summe venerando, &
„obsvranter colendo Preceptor i quondam no-
„stro, Dn. D. Zeltnero prorsus accepta fuisse,
„necess̄ est, si vel lecta, quod non dubitamus,
„ipſi fuissent, vel memoriae eius succurrissent.
„Enimvero is tribus quatuorve hebdomadibus
„post, quam Cl. Oederus illa ad me perscripse-
„rat, suam de Artic. Suob. accuratiorem, quam
„vocat, disquisitionem Norimbergæ in 4. edidit,
„cuius argumentum ex mox citandis, libro
„Schüliniano, & recensione Coleriana, cognosci
„potest. Eodem tempore, imo, cum Cel. Zeltne-
„rus l.c. p. 59. not. q. oculis illam usurpaverit,
„paullo ante, lucem vedit supra iam laudati
„Theologi Onoldini pr̄stantissimi, Dn. D. Io.
„Guil. von der Lith, brevis notitia de Artic.
„Suob. genuinis scilicet illis, qui Conv. Suob.
1528. habito natales suos debent, & hucusque
in

in Archivo Principali Onoldino quasi sepulti,
et cummaxime reperti erant. Adiecta illa
est, mantisse loco, Concionibus ipsius Iubilæis,
Onoldi 1730. 4. sub tit: Die erhöhete Palläste
Zions etc. typo impressis. Discrepantes autem
hic sunt sententiae paris huius meritissimorum
Theologorum, quorum scripta multorum ani-
mos suspensos adhuc tenebant, nescientium,
utrius assensum suum attribuerent; resque o-
mnis redibat ad pleniorum Cel. Lithii ibidem
promissam de eadem materia disquisitionem,
ipsorumque Artic. Sæc. hucdum incognitorum
exhibitionem. Interea contigit, ut clarissi-
mus superioris Diss. Epist. auctor, Dn. M. Gro-
sus, Hale meæ cum aliis amicis, tum mihi
quoque exoptatam suam præsentiam d. XIII.
Oct. 1730. commodaret. Inter alios, quos tunc
miscebamus, sermones literatos, mentio quo-
que siebat eruditæ opusculi Zeltneriani, ex cu-
ius, mihi eo tempore nondum visi, et si iam a
bibliopolis expediti, lectione recens modo erat
amicus ille meus singularis, quodque ipsi pau-
cis ante diebus occasionem conscribendæ supra
exhibitæ Diss. Epist. haud dubie suppeditave-
rat. Hanc ipsam d. XI. Cal. Mart. præsentis
anni perlegendam benevole mihi transmisit;
cumque mea interesse arbitrarer, ut, post al-
latas, in superioris Tomi ultimo & penultimo
fasciculis, alias aliorum virorum doctorum
de hoc argumento sententias, illa quoque, que
deinceps ad idem maiori in luce collocandum,

a viris quibusdam doctissimis præclare anno-tata sunt, vel historico filo pertexerem: statui mecum, Rev. Grosium de ist hac Epistola, bona frugis plenissima, in collectione mea, publici usus facienda, amice compellare. Annuit ille petito meo, ut reor honestissimo, in literis d. IV. Iun. h. a. ad me datis, sed, quæ eius modestia est, excerptam potius, quam integrum, utpote inæquali stilo, ut aiebat, & varia inter impe-dimenta exaratam, nec, post editas Cl. Schüli-ni statim laudandas meditationes, amplius necessariam, lectoribus meis sistendam puta-vit. Dabit mihi ergo vir humanissimus ve-niam, quod totam hic evulgaverim, prolatas-que ex modestia rationes tanti non esse passus fuerim, ut eruditis illa invidenda sit, qui hac ipsa, aliorumque similis generis observationi-bus, tantisper contenti esse possunt, donec Ven. Lithius promisso suo tractatu sitim eorum prorsus restinguat, totique disceptationi ex-ceptatum imponat colophonem. Inprimis autem cum Grosiana Diss. conferri debent postea edi-tæ Rev. M. Schülini de Art. Suob. doctæ anno-tationes, quas Zeltnerianæ in primis sententiæ opposuit, & in Franconica Reformationis Hi-storya, Norimb. 1731. 4. (ad cuius p. 36. (d) cf. Hendreichii Pand. Br. p. 204. a.) §. XI. sq. p. 29. - 50. exhibuit. Digna sunt lectu, quæ §. XI. p. 31. de Autographo Artic. Suob. de a. 1528. quod inspicere ipsi licuit, Cl. Schülinus obseruat, de quo iam antea Dn. D. de Lith l. c. paucis egit.

Idem

Idem oculis suis oblatum esse, Rev. Hockerus in Appendice Thes. Antiquit. Heilsbronn. n. IIX. p. 263. fatetur, qui vero, uti et Schülinus, et M. Grosius, ipsos articulos modo laudato Theologo publicandos reliquit, quas et ab Hockero libro citato insertum iri, Cl. auctor præced. Diff. Epist. supra p. 208. existimavit; adeoque spes nunc proxima affulget, fore, ut propediem ipsum verum originale exemplum e tenebris in lucem tandem aliquando prodeat, id quod cum multis aliis, Ven. D. Zeltnerus conceptis votis exoptavit, vid. p. 72. et 73. citat & eius diatribes, cuius recensionem fusiorem Cel. Colerus in Suppl. Sel. Bibl. Theol. P. III. p. 235. promisit, quam necdum legimus; speramus vero, illam eruditis ipsius observationibus stipatum iri, postquam ex p. 193. 234. sqq. et p. 237. perspeximus, cur & ipsi fuisse, ut semper sibi penderet hamus, si quid in gurgite hoc, nondum satis explorato, animadversione dignum occurrisset; sicut et P. I. p. 21. P. II. p. 114. et P. IV. p. 335. Articulorum Torgaviensium, eorumque nuper aliquoties iteratae impressionis, diligentem habuit rationem, quos etiam Cel. Dn. D. Pfaffius novæ suæ Aug. Conf. editioni, p. 37. sqq. præmisit, ut alias editiones nuperas taceam. Conf. de Art. Torg. Fabricium in Centif. Luth. P. I. p. 106. P. II. p. 584. Coler. ll. cc. et viros clariss. D. F. Ianum, in Augusta memoria Ioannis Elect. Sax. §. XVI. p. 46. sqq. et Laur. Reinhardum, in Comment. de vita et obitu Justi Ionæ, C. VI. §. I. aliosque.

XIII.

XIII.

NOVA LITERARIA

cum observationibus variis.

TVBINGAE.

AD cognoscendas huius Academiæ, aliarumque quarundam Sueviæ nostræ urbium res literarias annorum 1729. & 1730. pertinent V. Cl. Ge. CONR. PREGIZERI Poëseos Sacræ, seu *der fortgesetzten Gott-geheiligten Poësie auf das Jahr 1729. & 1730.* 2. voluminibus in 8. editæ, binæ Appendices; de quo opere, iam diu continuato, alibi, (in T. I. Fasc. IV. p. 871. & Fasc. V. p. 1105. 1107. sq.) dictum est.

* * *

Pleniores vero, & instituto tali, Nova Literaria, cum alia generatim, tum sigillatim Sueviæ enarrandi, magis accommodatae sunt Tabulæ rerum eruditarum, quæ ibidem 1730. in §. sub tit: *Relationes von gelehrten Neuigkeiten* etc. per partes exire cœperunt, auctore Celeb. Dn. Io. Iac. MOSERO de Filseck & Weilerberg, qui in P. XI. 1731. edita, ac recensendis multis scriptis Moserianis unice destinata, n. 26. p. 763. sqq. has Relationes sibimet ipse adscribit, & de proposito suo lectores admonet, innuens simul, fore, ut cum Parte XII. labor iste, ob caussas ibi allatas, cesseret. Septem priores partes annum 1730. in fronte gerunt, cæteræ anno 1731. Tubingæ vero omnes typis excusas esse, &

& nomen huius urbis singulis partibus præfixum, & typi indicant; licet ex p. 764. colligi possit, aliquas Norimbergæ, in qua scil. urbe apud Io. Steinum, Bibliopolam, nunc venales prostant, prelum exercuisse. Eruditissimus Moserius P. XI. pag. ult. 774. Bibl. Iuris Imper. auctorem se esse, denuo negat, quod iam in alio libro hic allegato, ex quo & nos in T. I. Syllog. p. 1108. id indicavimus, a se factum fuisse, hic testatur.

VLMAE.

AMOENITATVM LITERARIARVM præclarissimi Io. GE. SCHELHORNII Tomis IX. X. & XI. quorum ultima vice in Fasc. V. p. 1109. sqq. mentionem iniecimus, subiungendi nunc sunt Tomi XII. XIII. & XIV. isque, uti titulus habet, ultimus; illi anno 1730. lucem viderunt, hic 1731. Eorum contenta cum iam in Diariis quibusdam liter. recensita sint; iuvat ad illos paucula annotare, cum chartæ angustia plura, facile aliqui ad petitum auctoris danda, non admittat.

Tomo XII. ad p. 542. (coll. p. 578. sq.) adde de Io. Morono locum non contemnendum, in Camerarii vita Melanchth. §. 101. ed. Lips. 1696. ex quo patet, illum 1541. etiam Conventui Ratisbonensi interfuisse; & ad p. 545. ubi de Conv. August. 1555. rebusque ibi a Morono gestis, vid. Camer. l. c. qui & de infortunio Ioannis, eiusque patre Hier. Morono deinceps agit. Ad p. 560. Caroli quoque Sigonii Lib. de Dialogo ad Io. Moronum Card. meminit Io. Nicolai in præf.

præf. ad Sigonii de Republ. Ebr. Libros VII. notis ab illo auctos. *Ibid. ad p. 629. sq.* Et celeb. Heumanno haud dubie, et mihi iucundum fuit, legere confirmatam a Cl. Schelhornio eius conjecturam, producta epigraphe alias apographi epist. Melanchth. Ego certe, paullo post editum T. I. L. I. Pœciles Heum. scripsi M. Aug. ineunte 1722. altera vice ad S. Rev. hunc Virum ipsique gratias egi decentes, quod l. c. p. 93. dubitationi meæ tam cumulate satisfecerit, transmissa tunc simul, characteribus antiquis attenius inspectis, eadem inscriptione, quæ et ipsa in Apographo veteri, quod adhuc asservo, sic habet: *Epistola Phil. Melanchth. præscripta filio Doctoris Ionæ.*

Ad Tom. XIII. p. 223. usq; 244. (coll. Tom. XIV. p. 468. lqq.) Eximum illud Sueviæ nostræ decus, I. A. Widmanstadium, Wolfgang. Hungerus his verbis laudat: Libet, inquit, ampliorēm adiicere explicationem (de nomine Alchorani et Alfurcani) clarissimi Iureconsulti, ad finis nostri honorandi Io. Alberti Vuidmestadii, qui hodie doctissimi et literatorum omnium amantissimi Principis, Dom. Otthonis Dapiferi a Vualpurg, S. Romanae Ecclesiae titulo S. Sabinae Cardinalis, et Episcopi Augustani, longe doctissimus est cancellarius; p. 230. annotat. in Io. Cuspiniani Cæsarum Historiam, quas eum 1555. (vel. 1554.) scripsisse, ex p. 235. coniicio. Ibid. ad p. 231. Insignia Widmanstadii, cum brevi eius elogio, exhibentur quoque in Herm. ab Hardt

Hardt Commentariornm examine ex officio Philologi, Helmst. 1719. 4.

Ad p. 384. Tomi XIV. eiusque ultimi (utinam titulare folium falleret!) Doctissimo atque humanissimo illi viro, quisquis sit, qui, in mei gratiam, verba O. F. Moratæ in aliqua eiusdem (non Cœlii S. C.) Epistolarum occurrentia, explicavit, obstrictum profiteor animum. Evidem iam ante septennium sensus eorum mihi patuit, qui ad verba illa, in Bibl. Brem. Class. VII. p. 576. a me citata: ut ludum iocumque dicas alterum illum fuisse, præ ut huius rabies quæ dat; sequentia margini ille- veram: „ Hæc locutio infra p. 722. 723. (Bibl. „ Brem l. c.) occurrit. Conf. Terent. in Eun. „ et Tursellinus de particulis , p. m. 245. in „ part. præ, ut. Was iener gethan hat, ist ein „ Kinder-Werck gegen dessen wüten und ra- „ sen. Ita in Tursell. ex Terent. Eunuch. Scen. II. „ Act. III. v. 9., „ Ibid. ad p. 468. 475. 490. De Ambrosio a Gumppenberg digna sunt lectu, quæ nuperrime protulit Rever. Hockerus in Thel. Antiq Heilsbronn. P. I. Sect. IV. p. 100. sqq. et 118.

HANOVERAE.

IN officina Fœrsteriana nova et elegans prodiit CAROLI M. *de impio Imaginum cultu Librorum IV.* editio, 1731. 8. Integer titulus, et docta huius libri recensio, extat in Sel. Bibl. Theol. P. LIV. n. II. p. 496. —, 11. ubi tamen p. 496. minus recte 1. *Alph. plag. 15. excusum*
P 5 est,

est, cum 2. *Alphabetis*, si *Editoris celeb C. A. Heumannii*, S. Theol. D. et Prof. Gymn. Regii Gotting. Insp. prolixam præfationem, aliaque connumeres, liber omnino constet, quod et indicant *Acta Erud. Lips. Lat. m. Iun. h. a.* p. 263, quo loco idem fuse usque ad p. 267. describitur. Fas sit nobis, paucula ad eruditissimam Heumannii præfationem adspergere.

Ad §. I. p. 9. (coll. §. IV. p. 14. 15.) Gratulor mihi, me ante hos ipsos sex annos eandem primam Carolini operis editionem Tilianam in manibus meis habuisse, ostensam mihi ab eodem amico (ni prorsus fallor) qui amicissimo sibi, quod scio, Heumanno eam postea muneri dedit.

Ad §. IV. p. 13. Digna quoque sunt verba Ge. Cassandri, quæ in Cassandro Evang. (p. m. 174. edit. Io. Sauberti. Norimb. 1631. 4.) hoc modo leguntur: *Atque ea de re* (de impio imaginum cultu loquitur) *Caroli ipsius titulo quatuor libri conscripti fuere*, quorum *Hicmarus Episcopus Rhemensis meminit*, & eorum exemplum *hodieque in Bibliotheca Vaticana*, & in non-nullis Galliæ locis extat. &c. Eadem verba ex hac Cassandri Consult. Art. 21. profert Andr. Osiander in libro, cui titulus: *Papa non Papa*, Sect. XXVI. p. m. 208. edit. Francof. 1610. 12. *Ad §. IV. p. 13. seq.* Ge. Cassandrum oculis suis utrumque exemplar MS. usurpasse, non quidem dubitaverim; ex verbis tamen ipsius id minus tuto colligitur. Totum eiusdem locum, eumq; paullo ampliorem, ex eius Opp. p. 1103. (edit. Paris. 1616.) produxit etiam fo. Güntherus in *Demonstr. solida*, quod Ecclesia Luth. sit. Apost.

Romana vero Apostatica, edit. Lips. 1711. 4.
 cap. 14. p. 114. qui et p. 111. sqq. doctas de hoc
 Carolino opere eiusque edit. Tiliiana observa-
 tiones exhibet, quales etiam dat Seelenius in
 Sel. lit. p. 253. sqq. *Ad s. V. p. 16.* D. Th. Ha-
 fæus in nuper edita Sylloge Diff. et Observ. n.
 VI. p. 319. denuo protulit suam coniecturam
 de Eli. Phili. cuius et meminit Seelenius l. c. p.
 254. Ac fateor sane, illam octo abhinc annis
 magnopere mihi placuisse, idque nec in Bibl.
 Brem. Cl. VII. p. 560. me dissimulasse, ubi et
 novæ coniecturæ Bunemannianæ ab editore
 mentio est facta; sed non dubito nunc, re ex-
 actius expensa, cum Heumanno hic facere, et
 quos ille duces sequitur. *Ad s. VI. p. 17.* Cal-
 vini hic citatum locum iam ante plures annos
 ipse mihi notavi, extat in eleganti edit. Genev.
 1559. fol. p. 29. nec satis scio, an et priores edi-
 tiones eum exhibeant, de quibus Liebius in dia-
 tribe de Pseudonymia lo. Calvini, Amstel. 1723.
 8. ed. agit. Video, me ad operis Calvini illam,
 de qua T. I. p. 903. dixi, editionem, fol. 20. a.
 adscrispsisse, totum locum, quem Heum. citat.
 usque ad finem cap. examinasse Alanum Copum
 Dial. IV. cap. 1. sqq. p. 590. seqq. quem, quoad
 hoc argumentum, a Bellarmino reprehensum
 ait Sim. Stenius in Greitsero triumphato, Am-
 berg. 1605. 8. lib. 2. c. 5. p. 341. qui pagg. seqq.
 etiam aliqua de Carolino, sibi lecto, opere ha-
 bet. *Ad s. IX. p. 21.* Eliphilum etiam vocat
 Teisserius Elog. Thuan. T. II, p. 353. *Ad s. X. p.*

23. Imo vero & mihi gratum fecit Heumanus, detecto nomine Io. Vogtii, cuius sciendi desiderium in Bibl. Brem. l. c. indicavi. *Ad §. XVI. p. 31.* Initium huius §. ambigue in Bibl. Theol. l. c. p. 501. germanice translatum est, videri enim sic posset editio Heum. ad hanc, quam hic memorat, excusa esse. Editio, quæ in not. (t) ex Bibl. Menck. ed. 2. p. 290. (p. 208. ed. 1.) producitur, etiam in Cat. Bibl. A. C. Iacobi, P. I. p. 152. n. 2907. h. t. extat: *Synodus Paris. de Imag. Frf. 1596. 8. Ad §. XVIII. p. 36.* Loca quorundam Pontificiorum, qui, a Carolo scriptos esse quosdam contra imag. libros, affir- mant, adducit etiam Güntherus l. c. p. 113. sqq. qui mihi hic ante oculos habuisse videtur ea, quæ leguntur in *Diss. Crit. p. 80.* edit. Heum. *Ad §. XXXII. not. (h) pag. 63. 64.* librum a Io. Tilio 1576. sub tit. *Pontificum aliquot Rom. exempla etc. editum*, de cuius vero auctore nec Teisserio satis constitit, recte mihi ab Hasæo omissum videri, ob caussam in Bibl. Brem. Cl. VI. p. 536. sq. allatam. Prima Editio 1576. sine auctoris nomine profertur in Cat. Bibl. Iacob. P. II. p. 364. n. 91. Amberg. vero edit. 1610. quam et Hasæus possedit, etiam omisso auctoris no- mine a Draudio in Bibl. Class. p. m. 882. citatur, qui autem p. 883. *Io. Titium Collationem Pon- tificum Rom. cum Ethnicis scripsisse*, ait, forte hoc verum auctoris nomen fuit.


Addenda ad p. 179. et 183.

*Alberti Ducis Pruss. Epistola ad Georgium M.B.
et Fridericum II. Ducem Lignitiensem Affinem
suum data est, de eo v. Lex. Hist. P.II.p.m.396.*









Beyſchlaſſe
ſtrophe von
Jo. II.

H. 45:

Lit II 2
54:2